



1908

DIRECTORIUM.

DIRECTORIUM

HORARUM CANONICARUM ET MISSARUM

PRO

DIOECESI VILNENSI

IN ANNUM DOMINI BISSEXTILEM

MCMVIII

AUCTORITATE ET MANDATO

EXCELLENTISSIMI, ILLUSTRISSIMI AC REVERENDISSIMI
DOMINI DOMINI

EDUARDI Liberi Baronis
de ROPP

DEI MISERATIONE ET S. APOSTOLICAE SEDIS GRATIA
EPISCOPI VILNENSIS

IUXTA KALENDARIUM A SEDE APOSTOLICA
1901 A. APPROBATUM COMPOSITUM.



VILNAE

Typis Josephi Zavadzki.

—
1907.

IMPRIMATUR

Vilnae die 19 mensis Septembris 1907 anno.

Vicarius Generalis **V. Frąckiewicz.**

pro Secretario **W. Szymański.**

DECRETUM

DE SPONSALIBUS ET MATRIMONIO

IUSSU ET AUCTORITATE SS. D. N. PII PAPAE X.

A. S. CONGREGATIONE CONCILII EDITUM

Ne temere inirentur clandestina coniugia, quae Dei Ecclesia iustissimis de causis semper detestata est atque prohibuit, provide cavit Tridentinum Concilium, *cap. 1, Sess. XXIV de reform. matrim.* edicens: „Qui aliter quam praesente paroco vel alio sacerdote de ipsius parochi seu Ordinarii licentia et duobus vel tribus testibus matrimonium contrahere attemptabunt, eos Sancta Synodus ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit, et huiusmodi contractus irritos et nullos esse decernit“.

Sed cum idem Sacrum Concilium praecepisset, ut tale decretum publicaretur in singulis parocciis, nec vim haberet nisi iis in locis ubi esset promulgatum; accidit ut plura loca, in quibus publicatio illa facta non fuit, beneficio tridentinae legis caruerint, hodieque careant, et haesitationibus atque incommodis veteris disciplinae adhuc obnoxia maneant.

Verum nec ubi viguit nova lex, sublata est omnis difficultas. Saepe namque gravis exstitit dubitatio in decernenda persona parochi, quo praesente matrimonium sit contrahendum. Statuit quidem canonica disciplina, proprium parochum eum intelligi debere, cuius in parocchia domicilium sit, aut quasi domicilium alterutrius contrahentis. Verum quia non-

nunquam difficile est iudicare, certo ne constet de quasi-domicilio, haud pauca matrimonia fuerunt obiecta periculo ne nulla essent: multa quoque, sive inscitia hominum sive fraude, illegitima prorsus atque irrita deprehensa sunt.

Haec dudum deplorata, eo crebrius accidere nostra aetate videmus, quo facilius ac celerius com-
meatus cum gentibus, etiam disiunctissimis, perficiuntur. Quamobrem sapientibus viris ac doctissimis visum est expedire ut mutatio aliqua induceretur in iure circa formam celebrandi connubii. Complures etiam sacrorum Antistites omni ex parte terrarum, praesertim e celebrioribus civitatibus, ubi gravior appareret necessitas, supplices ad id preces Apostolicae Sedi admoverunt.

Flagitatum simul est ab Episcopis, tum Europae plerisque, tum aliarum regionum, ut incommodis occurreretur, quae ex sponsalibus, idest mutuis promissionibus futuri matrimonii privatim initis, derivantur. Docuit enim experientia satis, quae secum pericula ferant eiusmodi sponsalia: primum quidem incitamenta peccandi causamque cur inexpertae puellae decipiantur; postea dissidia ac lites inextricabiles.

His rerum adiunctis permotus SS-mus D. N. Pius PP. X. pro ea quam gerit omnium Ecclesiarum sollicitudine, cupiens ad memorata damna et pericula removenda temperatione aliqua uti, commisit S. Congregationi Concilii ut de hac re videret, et quae opportuna aestimaret, Sibi proponeret.

Voluit etiam votum audire Consilii ad ius canonicum in unum redigendum constituti, nec non E-morum Cardinalium qui pro eodem codice parando speciali commissione delecti sunt: a quibus, quemadmodum et a S. Congregatione Concilii, conventus in eum finem saepius habiti sunt. Omnium autem sententiis obtentis, SS-mus Dominus S. Congregationi

Concilii mandavit, ut decretum ederet quo leges a Se, ex certa scientia et matura deliberatione probatae, continerentur, quibus sponsalium et matrimonii disciplina in posterum regeretur, eorumque celebratio expedita, certa atque ordinata fieret.

In executionem itaque Apostolici mandati S. Concilii Congregatio praesentibus litteris constituit atque decernit ea quae sequuntur.

De sponsalibus.

I.—Ea tantum sponsalia habentur valida et canonicos sortiuntur effectus, quae contracta fuerint per scripturam subsignatam a partibus et vel a parrocho, aut a loci Ordinario, vel saltem a duobus testibus.

Quod si utraque vel alterutra pars scribere nesciat, id in ipsa scriptura adnotetur; et alius testis addatur, qui cum parrocho, aut loci Ordinario, vel duobus testibus, de quibus supra, scripturam subsignet.

II.—Nomine parochi hic et in sequentibus articulis venit non solum qui legitime praeest paroeciae canonice erectae; sed in regionibus, ubi paroeciae canonice erectae non sunt, etiam sacerdos cui in aliquo definito territorio cura animarum legitime commissa est, et parrocho aequiparatur; et in missionibus, ubi territoria necdum perfecte divisa sunt, omnis sacerdos a missionis Moderatore ad animarum curam in aliqua statione universaliter deputatus.

De matrimonio.

III.—Ea tantum matrimonia valida sunt, quae contrahuntur coram parrocho vel loci Ordinario vel sacerdote ab alterutro delegato, et duobus saltem te-

stibus, iuxta tamen regulas in sequentibus articulis expressas, et salvis exceptionibus quae infra n. VII et VIII ponuntur.

IV.—Parochus et loci Ordinarius valide matrimonio adstant,

§ 1.^o ~~a die tantummodo adeptae possessionis beneficii vel initi officii~~, nisi publico decreto nominatim fuerint excommunicati vel ab officio suspensi;

§ 2.^o intra limites dumtaxat sui territorii: in quo matrimoniis nedum suorum subditorum, sed etiam non subditorum valide adstant;

§ 3.^o dummodo invitati ac rogati, et neque vi neque metu gravi constricti requirant excipiantque contrahentium consensum.

V.—Licite autem adstant,

§ 1.^o constituto sibi legitime de libero statu contrahentium, servatis de iure servandis;

§ 2.^o constituto insuper de domicilio, vel saltem de menstrua commoratione alterutrius contrahentis in loco matrimonii;

§ 3.^o quod si deficiat, ut parochus et loci Ordinarius licite matrimonio adsint, indigent licentia parochi vel Ordinarii proprii alterutrius contrahentis, nisi gravis intercedat necessitas, quae ab ea excuset.

§ 4.^o Quoad *vagos*, extra casum necessitatis parochus ne liceat eorum matrimoniis assistere, nisi re ad Ordinarium vel ad sacerdotem ab eo delegatum delata, licentiam assistendi impetraverit.

§ 5.^o In quolibet autem casu pro regula habeatur, ut matrimonium coram sponsae parochus celebretur, nisi aliqua iusta causa excuset.

VI.—Parochus et loci Ordinarius licentiam concedere possunt alii sacerdoti determinato ac certo, ut matrimoniis intra limites sui territorii assistat.

Delegatus autem, ut valide et licite assistat, servare tenetur limites mandati, et regulas pro pa-

rocho et loci Ordinario n. IV et V superius statutas.

VII.—Imminente mortis periculo, ubi parochus, vel loci Ordinarius, vel sacerdos ab alterutro delegatus, haberi nequeant, ad consulendum conscientiae et (si casus ferat) legitimationi prolis, matrimonium contrahi valide ac licite potest coram quolibet sacerdote et duobus testibus.

VIII.—Si contingant ut in aliqua regione parochus locive Ordinarius, aut sacerdos ab eis delegatus, coram quo matrimonium celebrari queat, haberi non possit, eaque rerum conditio a mense iam perseveret, matrimonium valide ac licite iniri potest emissio a sponsis formali consensu coram duobus testibus.

IX.—§ 1.^o Celebrato matrimonio, parochus, vel qui eius vices gerit, statim describat in libro matrimoniorum nomina coniugum ac testium, locum et diem celebrati matrimonii, atque alia, iuxta modum in libris ritualibus vel a proprio Ordinario praescriptum; idque licet alius sacerdos vel a se vel ab Ordinario delegatus matrimonio adstiterit.

§ 2.^o Praeterea parochus in libro quoque baptizatorum adnotet, coniugem tali die in sua parochia matrimonium contraxisse. Quod si coniux alibi baptizatus fuerit, matrimonii parochus notitiam initii contractus ad parochum baptismi sive per se, sive per curiam episcopalem transmittat, ut matrimonium in baptismi librum referatur.

§ 3.^o Quoties matrimonium ad normam n. VII aut VIII contrahitur, sacerdos in priori casu, testes in altero, tenentur in solidum cum contrahentibus curare, ut initum coniugium in praescriptis libris quam primum adnotetur.

X.—Párochi qui heic hactenus praescripta violaverint, ab Ordinariis pro modo et gravitate culpae puniantur. Et insuper si alicuius matrimonio adsti-

terint contra praescriptum § 2-i et 3-i num. V, emolumenta *stolae* sua ne faciant, sed proprio contrahentium parochio remittant.

XI. — § 1.^o Statutis superius legibus tenentur omnes in catholica Ecclesia baptizati et ad eam ex haeresi aut schismate conversi (licet sive hi, sive illi ab eadem postea defecerint), quoties inter se sponsalia vel matrimonium ineant.

§ 2.^o Vigent quoque pro iisdem de quibus supra catholicis, si cum acatholicis sive baptizatis sive non baptizatis, etiam post obtentam dispensationem ab impedimento mixtae religionis vel disparitatis cultus, sponsalia vel matrimonium contrahunt; nisi pro aliquo particulari loco aut regione aliter a S. Sede sit statutum.

§ 3.^o Acatolici sive baptizati sive non baptizati, si inter se contrahunt, nullibi ligantur ad catholicam sponsalium vel matrimonii formam servandam.

Praesens decretum legitime publicatum et promulgatum habeatur per eius transmissionem ad locorum Ordinarios: et quae in eo disposita sunt ubique vim legis habere incipiant a die solenni Paschae Resurrections D. N. I. C. proximi anni 1908.

Interim vero omnes locorum Ordinarii curent hoc decretum quamprimum in vulgus edi, et in singulis suarum diocesum parochialibus ecclesiis explicari, ut ab omnibus rite cognoscatur.

Praesentibus valituris de mandato speciali SS-mi D. N. Pii PP. X, contrariis quibuslibet etiam peculiari mentione dignis minime obstantibus.

Datum Romae die 2a mensis Augusti anni 1907.

† VINCENTIUS Card. EP. PRAENEST., *Praefectus*.

C. DE LAI, *Secretarius*.

S. C. Concilii Litterae

de satisfactione missarum.

Recenti Decreto „Ut debita“ diei XI mensis Maii MCMIV, haec S. Congregatio, varias complexa leges ante iam latas de Missarum oneribus religiose adimplendis, adiectis opportunis declarationibus interpositaque severa sanctione, providere studuit ut res omnium sanctissima summo apud omnes in honore esset, periculumque amoveretur, ne quis ullo modo piis fidelium voluntatibus quidquam detraheret. Hae tamen quum essent Sedis Apostolicae curae et Episcoporum sollicitudines, non defuerunt abusus ac legis violationes, super quae Sacra eadem Congregatio excitandam denuo censuit Antistitum vigilantiam.

Constat enimvero, haud paucos, non obstantibus notissimis canonicis praescriptionibus, minime dubitasse de Missarum accepta stipe suo marte demere aliquid, retentaque sibi parte pecuniae, ipsas Missas aliis celebrandas committere, eaforte opinione ductos, id sibi licere vel ob assensum sacerdotis, animo plus minus aequo recipientis, vel ob finem alicuius pii operis iuvandi, exercendaeve caritatis.

Fuerunt etiam qui contra toties inculcatas leges, praesertim contra num. 3-m eiusdem Decreti, hoc genus industriae sibi adsciverunt, ut Missarum numerum, quae possent maximum, undique conquistum colligerent. Quo haud semelfactum est, ut ingens earum copia manibus privatorum hominum fuerit coacervata; ideoque manserit obnoxia periculo,

quod quidem, remota etiam humana malitia, semper imminet rebus privatae fidei commissis.

Denique sunt reperti qui, a lege discedentes expressa num. 5-o Decreti, Missas celebrandas commiserint, non modo copiosius quam liceret largiri privatis, sed etiam inconsideratius; quum ignotis sibi presbyteris easdem crediderint, nominis titulive alicuius specie decepti, vel aliorum commendationibus permoti, qui, nec eos plane nossent, nec assumpti oneris gravitatem satis perspectam haberent.

Talibus ut occurratur disciplinae perturbationibus utque damna gravissima, quae violationem „Ut debita“ consequi solent, pro viribus propulsentur, haec S. Congregatio, iussa faciens SSmi D. N. Prie Papae X, Episcopos omnes aliosque Ordinarios admonet, ut curam omnem et vigilantiam adhibeant in re tanti momenti, edoceantque clerum et administratores piorum legatorum, quanta ex inobservantia et contemptu legis pericula proveniant; quo onere ipsorum conscientia gravetur; quam temere arbitrium suum legibus anteponant, quas diuturna rerum experientia ad rei augustissimae tutelam collocavit; qua denique sese culpa obstringant; quibus poenis obnoxii fiant.

At malo radicitus extirpando Emi Patres necessarium insuper censuerunt huc usque praescriptis novam quaedam addere. Itaque re discussa primum in Congregatione diei 23 mensis Martii 1907, ac de novo in sequenti die 27 Aprilis, sub gravi conscientiae vinculo ab omnibus servanda haec statuerunt:

I. Ut in posterum quicumque Missas celebrandas committere velit sacerdotibus, sive saecularibus sive regularibus extra diocesim commorantibus, hoc facere debeat per eorum Ordinarium, aut ipso saltem audito atque annuente.

II. Ut unusquisque Ordinarius, ubi primum licuerit, suorum sacerdotum catalogum conficiat, des-

cribatque Missarum numerum, quibus quisque satisfacere tenetur, quo tutius deinceps in assignandis Missis procedat.

III. Denique si qui vel Episcopi vel sacerdotes velint in posterum Missas, quarum exuberet copia ad Antistites aut presbyteros ecclesiarum quae in Oriente sitae sunt, mittere, semper et in singulis casibus id praestare debebunt per S. Congregationem Propagandae Fidei.

His autem omnibus ab infrascripto Secretario relatis eidem SSmo D. N. in audientia diei 28 mensis Aprilis, Sanctitas Sua deliberationes Emorum Patrum ratas habuit et confirmavit, easque vulgari iussit, contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae die 22 mensis Maii 1907.

† VINCENTIUS Card. E. PRAENEST., *Praefectus*.

C. DE LAI, *Secretarius*.

Litterae de triduanis supplicationibus quolibet anno in honorem SS. Eucharistiae Sacramenti celebrandis cum Oratione coram SSmo Eucharistiae Sacramento singulis supplicationum diebus recitanda, et indulgentiis a fidelibus hisce piis exercitationibus adstantibus lucrandis.

Decretum de quotidiana SSmae Eucharistiae sumptione a S. Congr. Concili anno 1905 sub die 20 Decembris evulgatum, quanto piorum fidelium plausu et quam ingenti animi gaudio sit exceptum, apprime testantur epistolae quamplurimae, quae ad hanc Apostolicam Sedem undique sunt delatae, ex quibus eruitur in pluribus locis hanc piam et saluberrimam praxim quotidianae Communionis suscipiendae uberes fructus edere coepisse, et in posterum uberiores quoque in christiano populo fore edituram. Et merito: siquidem refrigescente hominum

pietate, procul dubio remedium nullum aliud efficacius excogitari potest. quo elanguentia christianorum corda ad Deum reclamandum vividius excitentur, quam frequens et quotidianus ad Sacram Synaxim accessus. in qua Ille sumitur, qui fons est ardentissimae caritatis.

Quapropter Summus Pontifex, qui valde gavisus est de huiusmodi salutari fructu huc usque percepto, vehementer exoptans, ut ipse iugiter perseveret, imo maiora in dies incrementa suscipiat, mihi munus demandavit Amplitudinem tuam et totius Orbis catholici sacrorum Antistites hortandi, ut coeptis insistentes omnem impendant operam, quo christifideles frequentius, imo quotidie, sacram Eucharistiam sumant; hoc enim divino Convivio supernaturalis eorundem vita indesinenter alitur et efflorescit. Ipse vero Beatissimus Pater ratus ad hunc optatum finem assequendum admodum conferre, si christiani populi assiduis precibus una simul effusis dulcissiman Deo viminferant; in votis habet, ut quotannis, si fieri poterit, in singulis cathedralibus ecclesiis, infra Octavam solemnitatis Corporis Christi, vel si locorum et personarum adiuncta aliter expostulaverint, alio anni tempore a Rmis Episcopis statuendo triduanæ supplicationes celebrentur iuxta methodum heic subiectam:

I. Supplicationes semper peragantur feria VI, sabbato et die Dominica vel immediate post solemnia Corporis Christi, vel alio tempore, uti supra relatum est. Hisce vero singulis diebus sermo habebitur, quo populus edoceatur de ineffabili Eucharistiae Sacramenti praestantia et potissimum de animi dispositionibus ad illud rite suscipiendum.

Hoc expleto, publicae venerationi exponatur SSma Eucharistia, eaque coram sequens recitabitur oratio: „O dulcissime Jesu, qui in hunc mundum venisti, ut omnes animas vita ditares gratiae tuae,

ad quam in illis servandam simulque fovendam in augustissimo Eucharistiae Sacramento salutare pharmacum earum infirmitatibus sanandis, et cibum divinum debilitati sustinendae temetipsum quotidie praebes, Te supplices deprecamur, ut super eas sanctum tuum spiritum benignus effundas, quo repletae, lethali labe si quae sint inquinatae ad Te revertentes, vitam gratiae peccatis deperditam recuperent; quae vero, Te misericorditer largiente, iam Tibi adhaerent, quotidie, prout cuique dabitur, ad tuam caelestem Dapem devote accedant, quo roboratae, venialium culparum a se quotidie admissarum antidotum sibi comparare, vitamque gratiae tuae alere valeant, sicque magis magisque emundatae, sempiternam in coelis beatitudinem consequantur. Amen."

Dein vero, post cantum hymni Tantum Ergo populo Benedictio SSmi Sacramenti elargietur.

II. Die vero Dominica, quae postrema erit earumdem supplicationum, mane, more sueto, missa parochialis celebrabitur, in qua habita a paroco Homilia de Evangelio Dominicae infra Octavam solemnitatis Corporis Christi, quod optime consonant mysterio Eucharistiae explanando, christifideles coniunctim de altari sancta libabunt: sin autem alia eligatur Dominica extra praefatam Octavam, loco Homiliae in Evangelium diei, concio fiat ad populum, qua ferventius ad Eucharistiam in ipsa Missa suscipiendam disponatur.

A meridie eadem sacrae functiones iterentur, quae anteactis diebus sunt peractae. In concione tamen oratores ad ferventiorum erga sanctissimum Sacramentum pietatem hortentur fideles, speciatim vero ad frequentiorum caelestis Convivii participationem, iuxta probatam Catechismi romani doctrinam, uti innuit S. Congregationis Concilii memoratum Decretum, sub num. VI. Tandem antequam

hymnus Tantum ergo decantetur, hymnus Ambrosianus praemittatur.

Quo vero omnibus magis innotescat quam ardens sit desiderium Summi Pontificis frequentioris Communionis promovendae, maximopere Ipse commendat, ut in curialibus etiam templis, prout quisque Episcopus pro sua prudentia et segacitate diiudicabit, saltem locum habeat ea pia exercitatio, quae in cathedralibus ecclesiis celebranda superius est proposita die Dominica infra eamdem solemnitatis Corporis Domini Octavam, vel alia in anno Dominica.

Hisce autem piis exercitationibus, ut alacrius intersint fideles, SSmus Dominus Noster indulgentias defunctis quoque applicabiles clementer elargitus est uti infra: nempe 1-o septem annorum totidemque quadragenarum quolibet triduanarum precum die; 2-o plenariam semel in Triduo lucrandam, die cuiuslibet arbitrio eligenda infra ipsum Triduum, si eidem qualibet die devote adfuerint, simulque sacramentali confessione expiati, S. Synaxim susceperint et ad mentem Sanctitatis Suae pie oraverint; 3-o plenariam die Dominica ab omnibus acquirendam, qui confessi ad sacras Epulas simul congregati accesserint in cathedralibus ecclesiis, vel etiam in curialibus et uti supra preces effuderint.

Interim Amplitudini Tuae omnia felicia a Domino adprecor.

Romae, ex Secretaria S. Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae, die 10 Aprilis 1907.

Amplitudinis Tuae, uti Frater,

R. † S.

S. Pard. Cretoni, Praefectus.

† D. Panici, Archiep. Laodicen. Secretarius.

„Stolica św. mile zawsze witała ruch eucharystyczny i popierała go usilnie. Atoli epokowym papieżem w historii całego ruchu eucharystycznego pozostanie na zawsze, dziś nam panujący Pius X. Wielki ten, religijny papież, który wstąpił na Stolicę Piotra św. z programem odnowienia wszystkiego w Chrystusie, dziś usiłuje wszystko odnowić w Eucharystyi. Rys to u niego tak charakterystyczny, że już tak niedawny jego pontyfikat powoduje coraz większy wzrost literatury o tym przedmiocie.

Już 3 czerwca 1905 r. nadał Pius X codzienny odpust 300 dni na modlitewkę o rozszerzeniu zwyczają codziennej komunii św. wśród wiernych.

W modlitewce tej nazwano Chrystusa, według dawnego, początków wiary św. sięgającego języka, „codziennem lekarstwem naszej codziennej słabości“. Przytaczamy tu tę modlitewkę w całości w tłumaczeniu polskiem:

„Najsłodszy Jezu! Przyszedłeś na świat, aby wszystkim duszom udzielić życia łaski; owszem pragnąłeś, aby im to życie zachować i utrwalić; stać się nawet codziennem lekarstwem na codzienne niedoskonałości ich, codziennym pokarmem. Dlatego błagamy Cię pokornie przez to Serce Twoje, płonące ku nam miłością, wylej na wszystkich boskiego ducha Twego, aby ci, którzy żyją w grzechach śmiertelnych do Ciebie się nawrócili i utracone życie łaski odzyskali; ci zaś, co za łaską Twoją tego życia boskiego zażywają, codziennie, jeśli mogą, zbliżali się do Twego stołu świętego, aby przez codzienną komunię św. otrzymywali lekarstwo na codzienne grzechy powszednie, codziennie życie łaski Twojej wzmacniali i aby kiedyś, w ten sposób duszę swoją coraz

więcej oczyszczając, doszli do zażywania życia niebieskiego z Tobą. Amen“.

Zaznaczyć należy, że już ta modlitewka zawiera w sobie treść późniejszego dekretu z dn. 20 XII 1905 r., zwłaszcza że się tyczy kwestji przysposobienia do codziennej komunji św. Podkreślone przez nas słowa w modlitewce uwidocznili go to naocznie.

Główną zasługą Piusa X jest, wzmiankowany już kilkakrotnie, dekret z dn. 20 grudnia 1905 r., zaczynający się od słów: „Sacra Tridentina Synodus“. Dekret to olbrzymiej doniosłości i jeżeli w przyszłości rozkwitnie bujnie życie eucharystyczne, to przyszłość będzie to zawdzięczała Piusowi X.

Dekret ten rozstrzyga i kończy ów długi spór, dotyczący tak samej zasady codziennej komunii św., jako też kwestji potrzebnego do niej przygotowania. Mocą prawa Piusa X codzienna komunja ma być dostępną wszystkim wiernym jakiegokolwiek zawodu i stanu, a więc i kupcom i osobom żyjącym w małżeństwie i t. p.

Proboszczowie, spowiednicy i kaznodzieje mają obowiązek wiernych do codziennej komunii św. „częstemi napomnieniami i usilną gorliwością“ zachęcać. Stąd więc stanowisko obojętne względem rozszerzania praktyki częstej i codziennej komunji św., nie jest bynajmniej zgodne z duchem a nawet literą dekretu. Dekret żąda nie tylko poddania i uległości rozumowi, ale także posłuszeństwa i gorliwości we współdziałaniu do urzeczywistnienia planów Namiestnika Chrystusowego.

Przedewszystkiem należy szerzyć ten zwyczaj we wszystkich instytucjach zakonnych, jak również w Seminarjach kleryków i we wszelkiego rodzaju zakładach katolickich.

Spowiednicy nie mają prawa odradzać lub wzbraniać częstej i codziennej komunji św. nikomu, kto tylko posiada warunki w dekreście wymienione. De-

cyzja więc ma należeć do spowiednika, lecz spowiednik ma obowiązek sumiennie przestrzegać warunków, określających przysposobienie do codziennej komunji św.

Jakież są te warunki?

Jedynym warunkiem do codziennej nawet komunji jest **stan łaski poświęcającej i prosta, czyli szczera a pobożna intencja**. Oną intencję ma każdy—jak tłumaczy sam dekret—ktokolwiek nie przystępuje do komunji św. tylko dla zwyczaju, lub z próżności, z powodów i pobudek czysto ludzkich, ale dlatego, żeby przez codzienną komunję św. z Bogiem w miłości ściślej się połączyć, Bogu więcej się podobać i t. p. Dla dokładniejszego opisania owej dobrej intencji, przytaczamy wycinek z dziełka o częstej komunji, napisanego przez jednego z członków św. Kongregacji Soboru. „Oprócz stanu łaski, — są jego słowa—kładziemy nacisk na dobrą intencję, t. j., aby się przez to Panu Jezusowi przypodobać i duszy własnej korzyść przynieść; nie próżność bowiem, nie zwyczaj, nie chęć podobania się swoim przełożonym, ani jakakolwiek inna ziemską pobudka winna nas skłaniać do częstej komunji św.; taka albowiem komunja, choć jest sama w sobie najświętsza, stałaby się złą i popsutą przez cel niewłaściwy“.

Nikommu nie tajno, że dekret niniejszy odstępuje zupełnie od poglądów na sprawę przysposobienia do częstej komunji św. powszechnie prawie głoszonych za św. Alfonsem. Owszem, dekret w swej osnowie powołuje się na tych teologów, którzy za nauką Ojców św. utrzymywali, że, ile chodzi o przysposobienie wystarczające, wcale nie trzzeba większych warunków do codziennej komunji, jak do komunji tygodniowej.

Kwestja przysposobienia do codziennej komunji dużo światła nabiera z odpowiedzi Św. Kongregacji Soboru, z dnia 13 września 1906 r. Odniesiono

się bowiem do Św. Kongregacji, czy do codziennej komunji św. należy także dopuścić dzieci, które dopiero po raz pierwszy do Stołu Pańskiego przystąpiły. Oczywiście jest rzeczą, że u dzieci powszechnie trudniej o większe warunki i doskonalsze przysposobienie, a mimo to Św. Kongregacja Soboru odpowiedziała, że i tych dzieci od codziennej komunji św. powstrzymywać nie wolno.

Tak się przedstawia strona dogmatyczna prawa Piusa X. Nie zadawalnia się atoli ten wielki papież tą stroną. Owszem stara się usilnie, przez różne przywileje i łaski, jaknajprędzej urzeczywistnić wielkie swoje plany. Tak n. p. już 14 lutego 1906 r. stanowi, że wszyscy, przystępujący codziennie do komunji św., mogą zyskać wszystkie, w tygodniu zachodzące odpusty, chociażby nie przystępowali co tydzień do spowiedzi.

Zawiazanemu w Rzymie Stowarzyszeniu kapłanów, którego celem jest rozszerzanie praktyki codziennej komunji św. nadał Pius X rozliczne, wielkie przywileje. Kapłani, należący do owego Sacerdotale Eucharisticum Foedus, mają przywilej ołtarza uprzywilejowanego; mogą odprawiać mszę św. godzinę przed wschodem słońca i godzinę po obiedzie; mogą zyskać odpust zupełny w uroczystości P. Jezusa, Matki Bożej i Św. Apostołów; penitentom, przystępującym codziennie do Stołu Pańskiego, mogą udzielić raz na tydzień odpustu zupełnego.

Tak szczodra i miłosierna rzadko okazywała się Stolica Apostolska.—Widoczna, że idzie tu o wielkie i nadzwyczajne dzieła.

Znów dnia 23 stycznia 1907 r. obdarza Pius X odpustem 300 dni modlitewkę do Najśw. Maryi Panny Najśw. Sakramentu, w której prosimy, by Matka Chrystusowa prowadziła Świat do codziennej komunji św. Odpustu tego można dostąpić za każdorazowym odmówieniem modlitwy i można go również ofiarować za dusze w czyście. Modlitwa opiewa:

„O Dziewico Maryo, nasza Pani Najśw. Sakramentu, Chwało ludu chrześcijańskiego, wesele całego Kościoła i zbawienie świata, módl się za nami i obudź we wszystkich wiernych nabożeństwo do Najśw. Eucharystyi, aby byli godnymi codziennie ją przyjmować“.

Wreszcie 10 kwietnia 1907 zabrał jeszcze raz głos Pius X w sprawie jak najprędszego rozpowszechnienia zwyczaju codziennej komunji św. W tym dniu Św. Kongregacja, przełożona nad odpustami i św. relikwjami, wydała z polecenia Ojca św. do wszystkich biskupów list o urządzaniu co rok trziedniowych nabożeństw błagalnych ku uczczeniu Najśw. Sakramentu.

Porządek nabożeństwa jest następujący:

Kazanie o godności Sakramentu Eucharystyi lub o częstej komunji i godnem do niej przygotowaniu i t. p.; po kazaniu przed wystawionym Najśw. Sakramentem odmówienie przytoczonej przez nas powyższej modlitwy „Najśłodzy Jezu“, o uproszenie rozpowszechnienia zwyczaju częstej i codziennej komunji św.; w końcu po odśpiewaniu Tantum ergo błogosławieństwo Najśw. Sakramentem.

W ostatni dzień nabożeństwo w czasie mszy św. z kazaniem, ogólna komunja św.

Ażeby jaknajszersze masy zapalić do brania udziału w tych nabożeństwach, Ojciec św. udziela wszystkim wiernym następujących odpustów, które można także ofiarować za umarłych:

1) odpust 7 lat i tyłuż kwadragen na każdy dzień pomienionych nabożeństw;

2) odpust zupełny, który mogą zyskać w którymkolwiek, dowolnie obranym, dniu trzydniówki wszyscy, którzy zawsze w niej udział brali, przystąpili do Sakramentów św. i pomodlili się na intencję Ojca św.

3) odpust zupełny dla wszystkich, którzy w ostatni dzień przystąpią wspólnie do komunji św. w kościele, w którym te nabożeństwa się odbywały.

Tyle zrobił dotychczas dla Eucharystyi obecny Następca Piotra św. Spodziewać się można, że Pius X jeszcze więcej uczyni dla tej świętej sprawy.

Tak zakończył się w naszych czasach ów wiekowy spór o codzienną komunję św. — tak Pius X odnawia wszystko w Chrystusie w Eucharystyi!

Przegląd Kościelny Nr. 66, r. 1907.

Oddanie swoich studyów pod opiekę N. P. M.

O sanctissima Virgo Maria, quae Salvatorem Jesum genuisti, lumen aeternum mundo effudisti, o Mater divinae scientiae, cuius pia intercessio innumeris mentibus incultis et ignorantibus mirabiliter progredi in scientia et pietate obtinuit, te studiorum meorum praesidem ac patronam eligo.

Per tuam intercessionem, o Mater bonorum studiorum, Spiritus sanctus animam meam impleat lumine et fortitudine, prudentia et humilitate; det mihi voluntatem rectam, intelligentiam, memoriam, facilitatem sufficientem, docilitatem praesertim mentis et cordis ut in omnibus, secundum divinae sapientiae consilia, progredi possim.

Defende me, o bona Mater, adversus spiritum superbiae, praesumptionis, vanae curiositatis et inconstantiae, praeserva me ab omni scandalo, ab omni errore, ab iis omnibus, qui possent fidem meam corrumpere, luciditatem intellectus, puritatem cordis, pacem animae meae turbare.

Fac, o Maria, ut sub tuo partocinio, semper submissus directionibus et doctrinis sanctae Eccle-

siae, matris meae, cum securitate, fortitudine et constantia incedere possim in viam veritatis et virtutis et tandem pervenire ad cognitionem, amorem et aeternam possessionem Jesu Christi, Domini nostri, Filii tui. Amen.

Fidelibus recitantibus hanc precem indulgentiam centum dierum toties quoties lucrandam concedimus.

Die 26 aprilis 1907.

PIUS Pp. X.

Orationes imperatae sunt: 1) pro Papa, 2) pro quacunque tribulatione, vel pro pluvia serenitateve, prout necessitas expostulaverit.

Confessio et communio Paschalis hoc anno incipit a 1-ma Dominica Quadragesimae et prosequitur usq. ad Dominicam SS. Trinitatis inclusive.



Mandatum de expositione SS-mi Sacramenti in Pyxide.

VENERABILI CLERO DIOECESIS VILNENSIS TAM SAECULARI QUAM RERULARI.

Cum omnia, vel minima etiam, quae Sanctissimum Sacramentum sive exponendum, sive deponendum attingant, maxima cum diligentia sint observanda, prouti rei natura exigit, et S. Alphonsus de Li-guori, Benedictus XIV cunctique duce-nostro domino de Herdt, rubricistae volunt, et Sacra Rituum Congregatio saepe iteratis decretis id gravissime imperat, iam ab initio Pontificatus Nostri Vilnae huic rei rite ordinandae manum Nostram strenuam apposuimus, nihilque negleximus, ut ad finem felicem tota res perduceretur.

In Directorio Dioecetano pro an. 1905 ritum de SS-mo exponendo et deponendo, conciliatis S. R. Congregationis praescriptis cum regionis nostrae consuetudine, bene compositum explicari fecimus. De sacra Pyxide exponenda ibi, secundum S. R. C-nis decreta № 2725. 4 et № 3394. 1, statutum erat, ut sacra Pyxis de tabernaculo non extraheretur, sed ianua nonnisi aperta in tabernaculo Pyxis relinqueretur; pro benedictione autem, ut Sacra Pyxis sumeretur de tabernaculo immediate, et benedictione finita eodem modo poneretur in tabernaculum.

Cum tamen quibusdam ecclesiarum Rectoribus ritus ille ob varias locales causas minime fidelium devotioni favere videretur, atque immemorabilis consuetudo ob hanc innovationem diceretur tolli, Nos

hac in causa ad S. R. C-nem mense Ianuario 1906 a. recurrimus. Quae Nostra petitio haec erat:

„Hodiernus Rmus Dnus Episcopus Vlnensis
„a Sacrorum Rituum Congregatione solutionem
„sequentis dubii humillime petit, videlicet:

„In Dioecesi Vlnensi solent cantari, post
„Missam solemnem, invocationes, — Sanctus
„Deus, Sanctus Fortis, Sanctus Immortalis
„etc. — coram Sanctissimo Eucharistiae Sacramento exposito in Pyxide. Quaeritur, utrum expositio haec fieri possit per expositionem Pyxidis in superiori parte Tabernaculi, eo fine, ut Pyxis possit a frequenti populo bene videri, an Sanctissimum Sacramentum non possit e Tabernaculo tolli?“

„Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, audito etiam voto Commissionis Liturgicae reque accurate perpen-
„sa, rescribendum censuit:

„NEGATIVE ad primam partem; AFFIRMATIVE ad secundam.

„Atque ita rescripsit. Die 16 Febr. 1906. a.

Subscripserunt: A. Card. Tripepi, Pro-Praefectus
et D. Panici Archiep. Laod., Secretarius.“

Hac Sacrae Rituum Congregationes decisione minime contenti, Nos Romae commorantes eandem causam et viva voce et in scriptis ad pedes SS-mi Patris PII Papae X proferre sumus ausi. Responsum nuper acceptum una cum petitione Nostra hic quoad litteram citamus:

„Beatissime Pater!

„Episcopus Vlnensis ad Sanctitatis Vestrae
„pedes humiliter provolutus, humillime exponit, non posse (ob numerum deficientem
„Ecclesiarum et ob maximum concursum populi) commode observari S. R. C-nis praeceptum non tollendi ex tabernaculo sacram
„Pyxidem tempore orationum, quae coram

„Sanctissimo Sacramento exposito fieri solent,
„et praeterea devotionem populi minui, cum
„Sanctissimum ob maximum concursum po-
„puli a devotis plerumque non conspicitur.
„Ideo Episcopus Orator enixe implorat facul-
„tatem, qua in omnibus Ecclesiis et oratoriis
„Dioeceseos huiusmodi expositio SS-mi Sac-
„ramenti fieri valeat.“

„Et Deus etc...“

„Vilnen.

„Ex Congressu Sacrorum Rituum Congrega-
„tionis. Die 24 Decembris 1906 a.

„Ad Rmum Episcopum:

„ad mentem:

„*Mens est*, ut Rmus Episcopus pro sua pru-
„dencia removeere curet expositam consuetu-
„dinem et faveat consuetudini expositionis
„privatae SS-mae Eucharistiae in Pyxide, aper-
„to tabernaculo, et post preces et orationes,
„extracta Pyxide e tabernaculo, cum ea im-
„pertiat Sacerdos benedictionem populo ad-
„stanti, prouti fit Romae et in pluribus Dioe-
„cesibus, quando non datur benedictio so-
„lemnis seu publica cum SS-mo in remon-
„strantia“.

(L. S.)

Itaque non solum Sacra Rituum Congregatio approbationem suam denegat, sed Nostram Pontificalem curam appellat Nobisque imponit officium removendae consuetudinis antiquae et introducendi ritus decretis S. R. C-nis praescripti.

Abhinc et Nos et Vos, Coadiutores Nostri Amantissimi, libenter obtemperemus oportet Sedis Apostolicae menti, et SS-mum Sacramentum in Pyxide sacra, quotiescunque debita occasio id exiget, non iuxta alium ritum, nisi secundum ius liturgicum exponamus, scilicet:

Celebrans aperit tabernaculum, genuflectit, sacram Pyxidem neque de tabernaculo extrahit, neque

illam supra altaris mensam deponit, neque in partem tabernaculi superiorem, aut in thronum transfert, sed aperto tabernaculo derelinquit Pyxidem sacram in suo loco, genuflectit et descendit in planum. Dictis hic, quae sint dicenda (vide Directorium Nostrum pro an. 1905 pag. 21—23), sacerdos pro benedictione accipit velum supra humeros, accedit ad altare, genuflectit, suscipit Pyxidem sacram velamine suo i. e. „sukienka“ obductam, non ponit illam supra altare, sed manu tenens, altera manu cooperit illam veli humeralis extremitatibus, vertit se ad populum et in silentio benedicit adstantibus; benedictione finita, Pyxidem sacram deponit in tabernaculum immediate, genuflectit, descendit in planum, deponit velum et genuflexus in infimo gradu prius SSmmum incensat, si incensandum sit, dein recitat lingua vulgari cum praesentibus alternatim: „Benedictus Deus, Benedictum Sanctum Eius Nomen“... etc, denique cantat salutationem consuetam in lingua locali: „Niech będzie pochwalony Przenajświętszy Sakrament“..., postea sacerdos surgit, accedit ad altare, genuflectit et tabernaculum claudit (Vide totum ordinem hac in re descriptum in Directorio Nostro pro an. 1905 pag. 21—23).

Ubi tamen, quod minime speramus, ritui huic aliquid admodum grave occurrat impedimentum (ex. gr. impossibilitas physica propter defectum ciborii in tabernaculo), Curatores ecclesiarum, aut potius Decani, hac de re Nobiscum faciant volumus sermonem, ut sive ad quoddam tempus ritus toleretur localis, sive ut rei componendae iveniatur modus legalis, sive ut spretis impedimentis iubeatur statim introduci ritus debitus.

№ 2013 }
}

Die 22 mensis Maii 1907 a.

Vilnae.

✠ Eduardus Eppus

Magister Caeremoniarum *Leo Żebrowski.*

REVOLUTIONES anni 1908.

Cyclus solaris	V. S.	XIII.	N. S.	XIII.
Numerus aureus	" "	IX	" "	IX.
Indictio Romana	" "	VI	" "	VI.
Epacta	" "	VIII	" "	XXVII
Littera Dominicalis	" "	f. e.	" "	e. d.
" Martyrologii	" "	h.	" "	H.
Pontificatus SSmi D-ni Papae Pii X a die 22 Julii				
(4 Aug.) incip. annus				6-tus
Aetatis eiusdem a d. 22 Junii incipit annus .				73-us.

FESTA MOBILIA anni 1908.

Septagesima	V. S.	10 Febr.	N. S.	16 Febr.
Dies Cinerum	" "	27 Febr.	" "	4 Martii.
Pascha	" "	13 April.	" "	19 April.
Ascensio Domini	" "	22 Maii.	" "	28 Maii.
Pentecostes	" "	1 Junii.	" "	7 Junii.
Corpus Christi	" "	12 Junii.	" "	18 Junii.
Dominicae p. Pentec.	" "	XXV	" "	XXIV.
Dominica 1-ma Adv.	" "	30 Novem.	" "	29 Novembr.



In Nomine Domini. Amen.

JANUARIUS XXXI dierum.

Nota. „Altaris cerei ita sunt accendendi, ut incipiatur ab illo, qui cruci proximius reperitur in cornu Epistolae, postea servato ordine reliqui in eodem cornu existentes; ac deinde accenduntur reliqui cerei in cornu Evangelii extantes, incipiendo item ab eo, qui cruci propior est usque ad ultimum in eodem cornu oppositum. In extinguendis autem eisdem cereis ordo invertitur, atque incipitur in cornu Evangelii a cereo, qui a cruce remotior est ad illum qui propior; dein vero a parte Epistolae eadem regula eodemque servato ordine“. S. R. C. 1 Febr. 1907 a.

S.	S.
V.	N.

- | | | |
|---|----|--|
| 1 | 14 | A. F. 3. CIRCUMCISIO DOMINI. dx. 2 cl. off. et Mis. pr. Gl. Cr. Prf. et Comment. de Nativit. In. Vesp. com. seq. tant. <i>or. pr.</i> |
| 2 | 15 | R. F. 4. Oct. S. Stephani Protom dx. ut infest. et pr. l. com. duar. oct. (S. Ioan. et SS. Innoc. Mm.) Gl. Cr. Prf. tant. de Nativ. Vesp. (<i>Ant. pr.</i>) a cap. de seq. com. praec. et oct. SS. Innoc. Mm. <i>Col. A.</i> |
| 3 | 16 | A. F. 5. Oct. S. Joannis Ap. et Ev. dx. ut in. fest. et. pr. l. com. SS. Innoc. MM. Gl. Cr. Prf. Ap. In Vesp. (<i>vide adnottnes</i>) com. seq. ex 1 Vesp. |

JANUARIUS.

4 17 R. F. 6. Oct. SS. Innoc. MM. dx. ut in fest. et pr. l. Gl. *sine* Cr. Prf. de Nativ. In Vesp. (*vide atnottnes*) com. Vigil. Epiph et. S. Telesphori Pp. M.

5 18 A. Sabb. Vigil. Epiph. (*sine ieiun.*) De ea sdx. off. ut in Circumcis. et pr. l. com. S. Pp. M. (*sine Suffr. et prec.*) 3 or. B. *Deus qui salut. sine* Cr. Prf. de Nativ. *Comnent. comm.* Vesp. de seq. pr.

Notae: 1. Hodie et per tot. oct. prohibentur Missae vot. et defunct. excepta una pro re gravi ab Ordinario approbata, vel requiali praes. corp., quae tamen ipso Epiph. die celebrari nequit.

2. Hymn. per tot. oct. term Jesu.... Qui apparuisti.

3. Ad Prim. in R. br. per tot. oct. die V. Qui apparuisti hodie.

6 19 A. (vacat.) **EPIPHANIA DNI Chr.** dx. 1 cl. cum oct. *privileg. Matutin* (*dictis Pater, Ave Credo*) absolute inchoatur (hac nocte tant) ab ant. Afferte (sub maiori signo crucis); in 3 Noct. dic. ant. „Venite adoremus“ (omissis ant „Homo“ et Ps. „Fundamenta“) hodie ttm. Ad Prim. „Qui apparuisti hodie“. *Ante Miss. solemn. bened. auri, myrr. thuris ex Rituali.* In Mis. Gl. Cr. Prf. et *Comnent.* pr. per tot. oct. Vesp. de eodem festo. (*ant ad Magnif. per tot. oct. quotidie propria*). Cras mane aperitur nuptiarum solemnitas.

7 20 A. F. 2. De 2-da die inf. Oct. sdx. off. ut in fest. et pr. l. *Matutin. incip. more solito.* *Invit. „Christus apparuit“ R. I-um „Tria sunt“ ant I ma* in 3 Noct. „Homo“, Ps. „Fundamenta“ *per. tot. oct. et Ant. ad Bened. quotidie per oct. pr.* In Miss. 2 or. B. 3-ia Eccl. Vesp. de oct.

JANUARIUS.

8	21	A. F. 3. De 3-ia d. infr. oct. sdx. oo. ut in fest. et pr. l. Vesp. de oct.
9	22	A. F. 4. De 4-ta d. infr. oct. sdx. oo ut in fest et pr. l. Vesp. de oct.
10	23	A. F. 5. De 5-ta d. infr. oct. sdx. oo. ut in fest et pr. l. Vesp. de oct. com. S. Hygini Pp. M.
11	24	A. F. 6. De 6-ta d. infr. oct. com. S. Pp. M. 3 or. B. Vesp. a cap. de Dom. infr. oct. (V. „Reges Tharsis“ Ant. „Remansit“) com. oct. (Ant. „Admoniti Magi“ V. „Omnes de Saba“)
12	25	A. Sabb. De Dom 1 post. Epiph. et infr. oct. De ea sdx. off. ut in fest. et pr. l. Ll. 1 N. <i>Ep. ad Rom.</i> „Commendo autem“. R. I-um „Hodie“. com. oct. (Ant. „Hodie caelesti“ V. „Omnes de Saba“) Mis. pr. sine 3 or. <i>Orationes imperatae dicuntur.</i> Vesp. de seq. (ut in 1 Vesp. fest. sed. or. pr.) com. Dom. (ant. „Fili quid“ V. „Omnes de Saba“).
13	26	A. Dom. (vacat) 1 post Epiph. Octava Epiphaniae dx. Ll. 1 N de Dom. 1 post. Epiph. <i>Incip. Ep. 1 ad. Corinth</i> 1 R. „Hodie“ reliqua (<i>inoff. et Mis. nil. de Dom.</i>) ut 7 ma die ntr. Mis. pr. In Vesp. com. seq. (Ant. o D.) et S. Felicis M.
14	27	A. F. 2. S. Hilarii ECD. dx. (<i>m. t. v.</i>) Ll. 1 N. <i>de Scr. occ.</i> 9 l. et com. S. M. Gl. Cr. Prf. comm. Vesp. a cap. de seq. (<i>m. t. s.</i>) com. praec. (ant. O. D. V. „Elegit“) et S. Mauri Abb. (ex. Laud.)
15	28	A. F. 3. S. Pauli 1 Erem. C. dx. 9 l. et com. S. Abb. (<i>Ant. V. et R. ex. 1 Vesp. Conf. non Pont.</i>) Gl. In Vesp. com. seq. <i>A crastina die resumuntur Suff. Sanct. in Laud. et Vesp. et. preces dominicales ad Prim. et. Complet. quando non est dx. et non infra oct.</i>

JANUARIUS.

- | | | |
|----|----|--|
| 16 | 29 | R. F. 4. S. Marcelli Pp. M. sdx. <i>ut in pr. l. R. 8-um Dne praeven.</i> Ad Laud. Suffr. de B. dic R. <i>Post partum</i> Or. Deus, qui salut. et sic ad Purific. Ad Prim. preces. Gl. 2 or. B. Deus qui salut. 3 or. Eccl. Vesp. de seq. com praec. <i>Col. A.</i> |
| 17 | 30 | A. F. 5. S. Antonii Abb. dx. Gl. Vesp. de seq. com. S. Pauli Ap. praec. et S. Priscæ V. M. <i>Col. A.</i> |
| 18 | 31 | A. F. 6. Cathedrae S. Petri Ap. Romae dxm. off. <i>ut in Comm. Conf. Pont. ef pr. l. 9 l. S. V. M. com. S. Pauli Ap. et S. V. M. Gl. Cr. Prf. Ap. Vesp. de seq. col. R. absque ulla com. (Ant. ad Magn et Bened. pr.)</i> |
| 19 | 1 | R. Sabb. S. Henrici Ep. M. PRS. dx. 1 cl. Ll. 1 N. „A. Mileto“ Gl. In. Vesp. com. seq. ss. Fabiani et Sebast. MM. hoc an. simplific. et Dom. (<i>Ant. „Suscepit“ et V. ut in Sabb. ad Vesp.) Jesu... Qui natus.</i> |
| 20 | 2 | A. Dom 2 post Epiph SS. Nominis Jesu dx. 2 cl. <i>off. pr. 9 l Dom. Ad. Prim. Qui natus com. (sine lect.) SS. Mm. ac Dom. Gl. Cr. Prf. de Nativit. (Comnc. comm.) ult. Ev. Dom. In Vesp. com. seq. (ant. pr.), SS. Mm. et Dom.</i> |
| 21 | 3 | R. F. 2. S. Agnetis V. M. dx. <i>off. pr.</i> Gl. In Vesp. com. seq. |
| 22 | 4 | R. F. 3. SS. Vincentii et Anastasii MM. sdx. Ll. 1 N. de Dom. 2 p. Epiph. <i>Incip. ep. 2 ad Corinth.</i> Suffr. ad Prim prec. Gl. 2 or. B. „Deus qui salut.“ 3 Eccl. Vesp. de seq. com. S. Joseph, praec. et S. Emerentianæ V. M. Hymn. term. <i>Jesu... Qui natus.</i> |
| 23 | 5 | A. F. 4. Desponsatio B. M. V. dxm. <i>off. pro aliq. loc. 9 l. S. V M. com. S. Joseph et S. V. M. ad Prim. Qui natus</i> Gl. Cr. Prf. B. „in |

FEBRUARIUS.

		<i>Desponsatione</i> “. In Vesp. com. S. Joseph et seq. (<i>Ant. ad Magn. et Bened. pr.</i>).
24	6	R. F. 5. Translatio S. Erixi R. M. PRS. dx. Gl. Vesp. de seq. com. S. Petri Ap. et praec. <i>Col. A.</i>
25	7	A. F. 6. Conversio S. Pauli Ap. dxm. <i>off. pr.</i> com. S. Petri Ap. Gl. Cr. Prf. Ap. In Vesp. com. S. Petri Ap. et seq.
26	8	R. Sabb. S. Polycarpi Ep. M. dx. Gl. Vesp. de seq. com. praec. et Dom. <i>Col. A. Hymn. term. Jesu... Qui natus De Joanne Chryzost. h. a. fit. fer. 2.</i>
27	9	A. Dom. 3 post. Epiph. Sanctae Familiae Jesu, Mariae, Joseph dxm. 9 l. Dom. <i>off. pr. pro aliq. loc.</i> com. Dom. ad Prim. „ <i>Qui natus</i> “ Gl. Cr. Prf. de Nativit. ult. Ev. Dom. In Vesp. com. seq. Dmn. et S. Agnetis V. M. secundo (ant. pr.) <i>Annto populo Sabb. seq. fest. Purific. BMV.</i>
28	10	A. F. 2. S. Joannis Chrysost. Ep C. E. D. dx. Ll. 1 N. de Dom. III „ <i>Incip. ep. ad Galatas</i> “ 9 l. et com. S. V. M. Gl. Cr. Vesp. de seq. (<i>Ant. O. D.</i>) v. h. m. com. praec. (<i>ant. Amavit ex. 2-dis</i>).
29	11	A. F. 3. S. Francisci Salesii Ep. C. E. D. dxm. Gl. Cr. In Vesp. com. seq.
30	12	R. F. 4. S. Martinæ V. M. sdx. <i>Hymn. ad Matut. „Martinæ celebri“ ad Laud. pr. Ad Laud. Suff. ad Prim. preces</i> Mis. de Comm. Virg. Gl. 2 or. B. 3 Eccl. Vesp. de seq. m. t. v. com. praec. (<i>Col. A.</i>)
31	13	A. F. 5. S. Petri Nolasco C. dx. Gl. Vesp. a cap. de seq. com. praec.

FEBRUARIUS XXIX dierum.

„Celebrans recedens ab altari ad abacum,
ut alia sumat paramenta, et ab abaco ad

FEBRUARIUS.

altare revertens, uti contingit singulis diebus Dominicis post aspersionem aquae lustralis atque post Processionem genuflexionem, si Sanctissimum Sacramentum in tabernaculo reperiatur inclusum, non in plano, sed in infimo altaris gradu praestare debet". S. R. C. 1 Febr. 1907 a.

„Sacerdos Missam celebrans coram SSmo Sacramento exposito, si Missale ad aliud altaris cornu ipse transfert, debet, dum transit ante medium altaris, tantum caput inclinare, et dum revertitur *Munda cor meum* dicturus genuflexionem agere" S. R. C. 1 Febr. 1907 a.

1 14 A. F. 6. *Jejun consuet.* S. Brigidae V. PRP. dx. Gl. Vesp. de seq. com. praec. Hymn. term. *Jesu... Qui natus.*

2 15 A. Sabb. **PURIFICATIO B. M. V.** dx. 2 cl. *Celebre* ad Prim *Qui natus* Gl. Cr. Prf. de Nativ. Ante Miss. solemn. benedictio candelar. (ex cera alba) in cantu ex Missali in col. viol. In altari sex cand. accend. Celebr. amictu, alba, cingulo stola et pluviali viol. indutus accedit ad altare, osculatur illud in medio et manib. semper junct. in cornu Epist. cant. ad *Oremus* et *Jesu* caput cruci inclin. Benedictio candel. et processio fit per eum sacerdotem, qui Missam subsequentem solemniter celebrat, quod etiam praeceptive valet de Benedictione cinerum, Palmarum et Fontis baptism., solo Episcopo Dioecesano excepto (S. R. C. 23 Sept. 1848) Processio fit in col. viol. nisi fiat cum SSmo, tunc enim in col. albo. Candelae accensae prae manib. tenentur ad Processionem, in Evang. et a Sanctus ad Commun. inclus. In Missa solemni cum ministris sacris solus celebrans sub cantu Evang. candelam

FEBRUARIUS.

- prae manu tenet eamq. accipit post benedict
diaconi ac dimitt. ante osculum libri. In Vesp.
com seq. Dom. et. S. Blasii Ep. M. Post
Vesp. in choro dic *Alma* Post Compl. *Ave*
Regina.
- 3 16 R. Dom. 4 post. Epiph. S. Timothei Ep. M. (*d. a.*
ex 24 Jan.) dx. Ll. 1 N. *Incip. ep. ad Philippens*
9 l. Dom. com. Dom. et S. Ep. M. Gl. Cr.
Prf. SS. Trinit. ult. Ev. Dom. Vesp. a cap.
de seq. (*ant. ad Magn. et Bened. pr.*) com.
praec. et Dom. *Col. A*.
- 4 17 A. F. 2. S. Ansgarii Ep. C. PRS. dx. *off. inter*
Patron. Ll. 1 N. ex fer 3-tia hebd. IV *Incip.*
ep. ad Colosens. Mis. „Statuit“ 1 loco, oratio
de 2 loco. Gl. Vesp. a cap. de seq. (*off. pr.*)
com. praec. *Col. R*.
- 5 18 R. F. 3. S. Agathae V. M. dx. Gl. Vesp. a cap.
de seq. com. praec.
- 6 19 R. F. 4. S. Dorotheae V. M. PRP. dx. Ll. 1 N.
ex fer. 5-ta p. Dom. IV *Incip. ep. I ad Thessal.*
Ll. 2 N. 4-ta „*Dorothea virgo*“ ut in Breviario
5-ta et 6-ta de Comm. Virg. „*Quoniam hodie*“
et „*Haec nubes*“ Ll. 3 N. Homilia „*Caelorum*
regnum“ de Comm. nec Virg. nec Mart. cum.
RR. de Virg. Gl. Vesp. a cap. de seq. m. h.
v. com. praec. *Col. A*.
- 7 20 A. F. 5. S. Romualdi Abb. C. dx. Ll. 1 N.
Incip. ep. II ad Thessal. Gl. Vesp. a cap. de
seq. m. t. v. com. praec.
- 8 21 A. F. 6. S. Joannis de Matha C. dx. Gl. Vesp.
a cap. de seq. com praec. *Col. R*.
- 9 22 R. Sabb. S. Apolloniae V. M. PRP. dx. Ll. 1 N.
ex Dom. V *Incip. ep. I ad Timoth.* 9 l. et
com. Dom. V post. Epiph. (*ant de Dom.*) Gl.
ult. Ev. Dom. In Vesp. com. Dom. Septuag.
et S. Scholasticae V. (*h. a. simplific*).

FEBRUARIUS.

Notae: 1. Hodie in Vesp. ad „Benedicamus“ addtr duo *Alleluja* et deinceps All. non dicitur usq. ad Sab. Sanct., eius loco ad initium omnium Horarum dicitur *Laus tibi Dne...*

2. In off. de Temp. a crastina die loco *Te Deum*. dic. 9 R. usq. ad Pasch. et in Prima Dominicae loco Ps. *Confitemini* dicitur Ps. *Dominus regnavit* usque ad Dom. Pal. inclus.

3. In Missis Ssrum et votivis a Dom. septuag. usq. ad Pasch dicto Graduali omissis 2 All. et V. sequenti cum All. statim subiungitur Tractus; in feriis autem usq. ad feriam

4. Cinerum, quando repetitur Missa Domini. cae, nondicitur Tractus sed Graduale tant. Quod si Missa proprio Tractu non sit provisā, sumitur de Communi respectivo.

4. Crastina die et 2 seq. Dominicis et Feriis ad. Miss. solemn. pulsantur Organa et sacri Ministri utuntur Dalm. et Tunicella.

10 23 Viol. Dom. Septuages. 2 cl. De ea sdx. off. ut in Psalt. et pr. l. Ad Laud. Suffr. com. (*sine lect.*) S. V. Ad Prim. Ps. „*Dnus regnavit*“ Symbol et preces dominicales (*et sic in omnibus Dominicis usque ad Dom. Palmar. inclus.*) 3 or. „Acunctis“ (*Gl. non dictur*) Cr. Prf. SS. Trinit. Vesp. de seq. com. Dom. et S. V. Hymn. term, *Jesu Qui natus*.

11 24 A. F. 2. Apparitionis B. M. V. Immac. dxm. off. pro aliq. loc. Ad Prim. *Qui natus* Gl. Cr. Prf. B. *Et Te in Conc. Immac.* Vesp. de seq. com. praec. et S. Ignatii Ev. M. (*h. a. simplic.*) Col. R.

12 25 R. F. 3. Orationis D. N. J. Chr. in monte Oliveti dxm. off. pro aliq. loc. 9 l. (*ex 3 bus una*) et com. S. Ep. M. (*ex 1 d. huj.*) Gl. Cr. Prf. † In Vesp. com. seq. et S. Ep. M.

F E B R U A R I U S.

- | | | |
|----|----|---|
| 13 | 26 | A. F. 4. S. Andreae Corsini Ep. Cr. (<i>d. a. 4 huj.</i>) dx. Gl. Vesp. (<i>Col. R.</i>) a cap. de seq. com. praec. et S. Valentini M. |
| 14 | 27 | R. F. 5. SS. Viginti sex Martyrum Japonens. (<i>d. a. ex 5 huj.</i>) dx. com. S. M. Gl. Vesp. de seq. (<i>ant. ad Magn. et Bened. pr.</i>) com. praec. ttm. |
| 15 | 28 | A. F. 6. Sigfridi Ep. C. dx. 2 cl. Ll. 1 N. <i>Fidelis sermo Hymn. pr. 9 l. et com. (in laud. et Miss. lect. ttm.)</i> SS. Faustini et Jovitae Mm. Gl. In Vesp. com. seq. ttm. |
| 16 | 29 | A. Sabb. S. Titi Ep. C. (<i>d. a. ex 6 huj.</i>) dx. Gl. In Vesp. com. seq. <i>De Fuga D. N. J. Chr. in Aeg h a fit 28 huj.</i> |
| 17 | 1 | Viol. Dom. Sexages. 2 cl. De ea sdx. off. ex Psalt. et pr. l. <i>Ad Laud. Suffr. ad Prim. 4 Ps, Symb. et preces 2 or. „A cunctis“ 3 ad libit.</i> Cr. Prf. SS. Trinit. Vesp. de seq. (<i>ant. O. D.</i>) com. Dom. et S. Simeonis Ep. M. |
| 18 | 2 | A. F. 2 S. Cyrilli Ep. Alex. CED. (<i>d. a. ex 9 huj.</i>) dx. 9 l. et com. S. Ep. M. Gl. Cr. Vesp. col R. de seq. com. praec. et SS. Septem Fundatorum Ord. Servorum B. M. V. Cc. (<i>d. a. ex 11 huj.</i>) h. a. <i>simplific. Hymn. term. Sitlaus Patri...</i> |
| 19 | 3 | R. F. 3. Commemoratio Passionis D. N. J. Chr. dxm. <i>off. pro aliq. loc. 9 l. (ex 3-bus una)</i> et com. SS. Cc. Gl. Cr. Prf. † In Vesp. com. seq. et SS. Cc. |
| 20 | 4 | R. F. 4. S. Canuti R. (<i>d. a. ex 19 Januar.</i>) M. sdx. <i>Ad Laud. Suffr., ad Prim. preces 2 or. „Acunctis“ 3 adlibit.</i> Gl. Vesp. <i>Col. A. a cap. de seq. com. praec. Ad Vesp. Suffr. ad Compl. preces.</i> |
| 21 | 5 | A. F. 5. S. Raymundi de Pennafort C. (<i>d. a. ex 23 Jan.</i>) sdx. <i>Ad Laud. Suffr. ad Prim.</i> |

MARTIUS.

- preces 2 or. „Acunctis“ 3 ad libit. Gl. Vesp.
de seq. com. S. Pauli Ap. et praec.
- 22 6 A. F. 6. Cathedrae S. Petri Antiochiae dxm.
off. ut in comm. Conf. Pont. et pr. l. com.
S. Pauli Ap. Gl. Cr. Prf. Ap. In Vesp. com.
S. Pauli Ap. et seq. (*Ant. OD.*).
- 23 7 A. Sabb. *Vigilia*. S. Petri - Damiani Ep. CED.
dx. 9 l. et com. Vigil. Gl. Cr. ult. Ev, Vigil.
In Vesp. com. seq. *De S. Mathia Ap. h. a.*
fit. die 25 Febr.
- 24 8 Viol. **Dom. Qninquag.** 2 cl. De ea sdx. off. ex
Psalt. et pr. l. *Ad Laud. Suffr. ad Prim. 4*
Ps., Symb. et preces. 2 or. „Acunctis“ 3 ad.
libit. Cr. Prf. SS. Trinit. Vesp. (*Col. R.*) de
seq. com. Dom.
- 25 9 R. F. 2. (*M. P.*) S. Mathiae Ap. dx. 2 cl. Gl.
Cr. Prf. Ap. In Vesp. com. seq. *Hymn. term.*
Caeso flagellis...
- 26 10 R. F. 3. Sacrae Columnae Flagellationis D. N.
J. Chr. dxm. *pro aliq. loc.* Gl Cr. Prf. † Vesp.
de eodem. ttm.

Notae pro Tempore Quadragesimali.

1. *Nuptiarum solemnitas hodie sero clauditur.*

2. *Ieiunium quadragesimae incipit ab hora 12 noctis et iuxta Ordinarii loci expositionem stricte obligat; clare haec materia fidelibus est explicanda.*

3. *Missa votiva cras quaecumque etiam solemnis pro re gravi et de Requiem, una solum excepta solempni in sepultura cadaveris, stricte prohibetur.*

4. *Cras ante Missam principalem per sacerdotem hanc Missa, celebrantem (in param viol.) benedicuntur cineres de ramis olivarum vel aliarum arborum praecedenti anno in Dom. Palm.*

MARTIUS.

benedictis parati, et imponuntur Cineres, uti Missale docet. Processio cum cantu Litan. de OO. SS.

5. *Organa in Quadragesima non sunt pulsanda excepta Dom. 4 Laetare, item exceptis feriis et festis, quae cum solemnitate ab Ecclesia celebrantur, item in fer. V. in Coena Dni et in Sabb. sancto, et quandocumque celebretur solemniter et cum laetitia pro aliqua re gravi.*

6. *In Miss. solemn de Temp. (Dom et feriis cras et per tot. Quadrag) in Eccles. Cathedr. et Collegiatis Ministri sacri utuntur planetis plic. excepta Dom. Laetare in qua Dalm. et Tunic. In aliis vero Eccl. Diac erit in Alba, Manip. et Stola transversa; Subdiac. autem in Alba cum solo Manipulo.*

7. *Preces feriales ad omnes Horas (flexis genibus in choro) dicuntur in Off. feriali; insuper in Off. fer. addatur commemor de Cruce et dicantur Suffragia Sanct. in Vesp. et Laud. usque ad Dom. Pass. exclus. tantum Ant. ad Bened. et Magnif. item Oratio quotidie propria.*

8. *In Festis novem Lectionum per Quadrag. semper legitur 9 na lectio Homiliae feriae eiusque fit com. in Vesp. Laud. et Miss. cum ult. Evang. feriae in fine Missae. Oratio tamen super populum in Missa de festo omititur.*

9. *In Eccles. Cathedr. et Colleg, per tot. Quadr. (Dominicis), quando offic. fit. de Festo 9 Lectionum duae cantantur Missae conventuales, scilicet una de Festo post Tertiam sine com. feriae, et altera de Feria post Nonam, in col. viol. cum Or. et reliquis in pr. l. assignatis. Si occurrat simplex (vel Simplificatum) de eo*

MARTIUS.

- fit. com. in sola Missa de Festo; Si occurrat Vigilia, de ea fit com. in sola Missa de Feria. Si festum sit semiduplex et non simul occurrat simplex, in Missa tam de Festo, quam de Feria Oratio 2 erit „A cunctis“ 3 „Omnipotens“ (except. temp. Passionis in quo non dicitur tres Orat. sed duae ttm., nempe Eccl. vel pro Papa) Ultim. Evang. semper erit: „In principio“.*
- 27 11 Viol. F. 4. Cinerum De ea splx. off. ut. in Psalt. et pr. l. Ad Laud. et oo. hor. prec. fer. suffr. com. † Ad Prim. 4 Ps. Mis. pr. sine Gl. sine Cr. 2 et 3 or. in loco. Prf. Quadrag. (dicitur quotidie usque ad Dom. Pass. exclus, nisi al nottr.) infine Humiliate et Bened. Dno Vesp. (Col. A.) de seq. com. fer. Hymn term... Jesu... Qui natus.
- 28 12 A. F. 5. Fugae D. N. J. Chr. in Aegyptum dxm. (ex 17 huj.) 9 l. et com. fer. Gl. Cr. Prf. de Nativit. ult. Ev. fer Vesp. a cap. de seq. com. praec. et fer. (Col. R.)
- 29 13 R. F. 6. Sacrae Spineae Coronae D. N. J Chr. dxm. 9 l. et com. fer. Gl. Cr. Prf. † ult. Ev. fer. In Vesp. com. seq. et fer. Hymn. term. Jesu... Qui natus.

MARTIUS XXXI dierum.

„Sacerdos infirmo Communionem distribuens semper dicere debet „*Misereatur tui,*“ (in singulari) sive infirmus accipiat Viaticum—sive communicet ex devotione, aut ad implendum praeceptum paschale“ S. R. C. 16 Nov. 1906 a.

MARTIUS.

„Diaconus ratione ministerii sui potest, etiam praesentibus sacerdotibus et extra casum necessitatis SSimum Sacramentum de uno altari ad alterum deferre“ S. R. C. 23 Nov. 1906 a.

- 1 14 A. Sabb. Off. vot. de Immac. Conc. B. M. V. sdx. Suffr. (de B. omit.) Ll. 1 N. „Serpens“ Ad. Prim. *Qui natus* et preces Gl. in Secreta pro *Solemnitate-commemoratione* 2 or. de fer. 3 de Spiritus. Prf. B. ult. Ev. fer. Vesp. a cap. de seq. com. praec., et S. Helenae Imperatr. Vid. (*h. a. simplif.*) Ad Vesp. Suffr. (*comm. B. omitt.*) ad Compl. hymn. term. *Jesu... Qui natus* et preces. Hodie et deinceps per tot. Quadrages. exceptis Dominicis Vesp. in choro dicuntur ante comestionem.

Incipit pars verna Breviarii.

- 2 15 Viol. Dom I Quadrages. 1 cl. De ea sdx. off ut in Psalt. et pr. l. Suffr. ad Prim. 4 Ps. cum. Symb. et precibus. com. S. Helenae 3 or. „*A cunctis*“ Cr. Prf. Quadrag. *Annunttr populo feria 3-ia festivitas S. Casimiri atque feriis IV, VI, Sabb. IV temporum.* Vesp. de Dom. com. seq. et S. Helenae V. Suffr. et preces.
- 3 16 A. F. 2. Off. vot. de SS. Angelis sdx. ad Laud. Suffr. ad Prim. preces 9 l. et com. fer. 3 or. „*A cunctis*“ Gl. ult. Ev. fer. Vesp. de seq. com. fer. ttm.
- 4 17 A. F. 3. S. CASIMIRI C. P. M. D. L. dx. 1 cl. c. oct. Ll. 1 N. *Justus* 9 l. et com. fer. Gl. Cr. Prf. Qudrges In Vesp. com. seq. et fer.
- 5 18 R. F. 4. *Quat Temp.* Translatio S. Venceslai M. PRP. dx. Ll. 1 N. „*Fratres Debitores*“ cum RR. de uno Mart. 2 N. pr. 9 l. fer. com. oct.

MARTIUS.

et fer. Gl. Cr. ult. ev. fer. In Vesp. com oct. et fer.

Cras ratione diei Onomasticae SS. Pontificis PII X. quem ut Deus ad multos annos incolumem servet. canttr. in Eccl. per Dioec. Te Deum post. Miss. (Suffr. et prec. omitr.)

6 19 A. F. 5. De 3-tia die oct. sdx. Ll. 1 N. „Ad vos reges“, 2 N. „Ad hanc beatam“, 3 N. „Audistis modo“ 9 l. et com. fer. Missae oo. de fer. in col. viol. sine Gl. sine Cr. 2 or. oct. 3 B. Vesp. (col. R.) de seq. com. oct. fer. et SS. Perpetuae ac Felicitatis Mm. *Hymn. term. clavis forato De S. Thoma h. a. fit. 15 h.*

7 20 R. F. 6. *Quat. Temp. Lanceae et Clavorum D. N. J. Ch. dxm. off. pro aliq. loc.* 9 l. fer. com. oct., fer et SS. Mm. Gl. Cr. Prf. † ult. Ev. fer. In Vesp. com. seq. oct. fer.

8 21 A. Sabb. *Quat. Temp. S. Joannis de Deo C. Patr. hospital. et infirm. dx. Ll. 1 N. Beatus vir.* 9 l. fer. com. oct. et fer. Gl. Cr. Prf. quadrag. ult. Ev. Fer. In Vesp. com. Dom. S. Franciscæ Romanæ Vid. *h. a. simplicie* et oct.

9 22 Viol. **Dom. II. Quadrages.** 2 cl. De ea sdx. off. ut in Psalt. et pr. l. (sine Suffr. et precibus) ad Prim. 4 Ps. et Symbolum ttm. com. S. Vid. et oct. Gl. Cr. Prf. Quadrags. In Vesp. com. seq. S. Vid. et oct. (*sine suffr. et precibus.*)

10 23 R. V. 2. SS. Quadraginta Martyrum sdx. Ll. 1 N. *Fratres Debitores* 9 l. fer. (*Suffr. et preces non dicuntur*) com. oct. et fer. Gl. Cr. Prf. Quadrag. ult. Ev. fer. Vesp. Col. A. de seq. ut in 1-mis com. praec. et fer.

M A R T I U S.

11	24	A. F. 3. Octava S. Casimiri C. dx. Ll. 1 N. <i>Justus</i> Ll. 2 et 3 N. pr. <i>inter Patrones</i> 9 l. et com. fer. Gl. Cr. Prf. Quadrg. ult. Ev. fer. Vesp. a cap. de seq. (ant. OD.) com. praec. et fer.
12	25	A. F. 4. S. Gregorii I. Pp. C. ED. dx. Ll. 1 N. „ <i>Sapientiam</i> “ 9 l. et com. fer. Gl. Cr. Prf. Quadrg. ult. Ev. fer. Vesp. a cap. de seq. com. praec. (Ant. OD.) et fer.
13	26	A. F. 5. B. Vincentii Kadl. Ep. C. dx. 9 l. et com. fer. Gl. ult. Ev. fer. Vesp. (Col. R.) de seq. com. praec. et fer.
14	27	R. F. 6. Sacratissimae Sindonis D. N. J. Chr. dxm. off. <i>pro aliq. loc.</i> 9 l. et com. fer. Gl. Cr. Prf. † ult. Ev. fer. In Vesp. com. seq. (Ant. OD.) et fer.
15	28	A. Sabb. S. Thomae de Aquino CED. dx. <i>ex 7-hui</i> 9 l. et com. fer. Gl. Cr. Prf. Quadrg. ult. Ev. fer. In Vesp. com. Dom.
16	29	Viol. Dom. III. Quadrages. 2 cl. De ea sdx, off. ut in Psalt. et pr. l. Suffr. ad Prim. 4 Ps. Symbolum et preces. Or. in loco Cr. Prf. Quadr. Vesp. de seq. com. Dom.
17	30	A. F. 2. S. Patritii Ep. C. dx. Ll. 1 N. „ <i>Fidelis Sermo</i> “ 9 l. et com. fer. Gl. Prf. Quadrg. ult. Ev. fer. Vesp. de seq. com. praec. et fer.
18	31	A. F. 3. S. Gabrielis Archang. dxm. off. <i>pro aliq. loc.</i> 9 l. et com. fer. Gl. Cr. Prf. Quadrg. ult. Ev. fer. Vesp. de seq. com. fer. ttm.
19	1	A. F. 4. (M. P.) S. Joseph C. Sponsi B. M. V. Cathol. Eccl. Patroni dx. 1 cl. off. <i>pr.</i> 9 l. et com. fer. Gl. Cr. Prf. Quadrg. ult. Ev. fer. In Vesp. com. seq. (Ant. OD.) et fer.
20	2	A. F. 5. S. Cyrilli Ep. Hierosolym. CED. dx. (d. a. ex 18 huj.) 9 l. et com. fer. Gl. Cr. Prf. Quadrg. ult. Ev. fer. Vesp. (col. R.) de seq.

Apr.

MARTIUS.

- com. praec. (*Ant. OD.*) et fer. *De S. Benedicto Abb. h. a. fit. 24 huj.*
- 21 3 R. F. 6. Sacrorum Quinque Vulnerum D. N. J. Chr. dxm. *off. pro aliqu. loc.* 9 l. et com. fer. Gl. Cr. Prf. † ult. Ev. fer. In Vesp. com. seq. et fer.
- 22 4 A. Sabb. S. Catharinae Vasten. Virg. PRS. dx. 9 l. et com. fer. Gl. Prf. Quadrg. ult. Ev. fer. In Vesp. com. Dom.
- 23 5 Viol. **Dom. IV. Quadrages.** 2 cl. De ea sdx. *off. ut in Psalt. et pr. l. ad Laudes. Suffr. ad Prim. 4 Ps, Symb. et preces.* 2 or. *A cunctis* 3 or. *Omnipotens* Cr. Prf. Quadrg. *Annunt. populo fer. 3-ia festivitas Annunt. B. M. V. Vesp. (col. A.) de seq. com. Dom.*
- 24 6 A. F. 2. S. Benedicti Abb. C. dxm. (*ex 21 huj.*) 9 l. et com. fer. Gl. Prf. Quadrg. ult. Ev. fer. Vesp. de seq. Com. fer. ttm. Hymn. term. *Jesu... Qui natus.*
- 25 7 A. F. 3. **ANNUNTIATIO B. MARIAE V.** dx. 1 cl. *Celebre* 9 l. et com. fer. ad Prim. „*Qui natus*“ Gl. Cr. (*Ad V. „Et incarnatus“ etc. in Missa solemni celebrans et ministri totusque chorus genua flectunt*) Prf. B. „*Et te in Annuntiatione*“ ult. Ev. fer. In Vesp. com. seq. et fer.
- 26 8 A. F. 4. Off. vot. de S. Joseph C. Sponso B. M. V. sdx. *ad Laud. suff. (com. S. Joseph omtr.)* 9 l. et com. fer. *ad Prim. preces* Gl. 3 or. „*A cunctis*“ Prf. Quadrg. ult. Ev. fer. Vesp. de seq. (*Ant. OD.*) com. praec. et fer.
- 27 9 A. F. 5. S. Joannis Damasceni CED. dx. 9 l. et com. fer. Gl. Cr. Prf. Quadrg. ult. Ev. fer. Vesp. (*Col. R.*) de seq. com. praec. (*Ant. OD.*) et fer.
- 28 10 R. F. 6. Pretiosissimi Sanguinis D. N. J. Chr. dxm. *off. pro aliqu. loc.* 9 l. et com. fer. Gl.

MARTIUS.

- Cr. Prf. † ult. Ev. fer. In Vesp. com. seq. et fer. Hymn. term. *Jesu... Qui natus.*
 29 11 A. Sabb. Off. vot. de Immacul. Conc. B. M. V. sdx. *ad Laudes Suffr.* (com. B. omtr.) *ad Prim. V. Qui natus et preces.* 9 l. et com. fer. 3 or. *de Spiritu S. Gl. Prf. B. ult. Ev. fer. Vesp. (col. viol.) a cap. de seq. com. praec. Ad Compl. preces.* Hymn. In Compl. termin. *Jesu... Qui natus. Suffragia non dicuntur.*

Notae pro Tempore Passionis: 1. Abhinc cessant suffragia SS-rum usque ad octavam Pentecostes.

2. Cruces, imagines SS. Salvatoris, icones Altarium ac Sanctorum ante Vesp. velo violaceo cooperiuntur in omnibus Altaribus et sacristia manentque Cruces sic tectae usque ad Parasceven imagines Altar. autem et Sanctorum usque ad Gloria in Sabbato S.

3. Abhinc cessant officia votiva.

Ordines Sacri.

- 30 12 Viol. **Dom. Passionis.** 1 cl. off. ut in Psalt. temp. Pass. et pr. 1. *ad Prim. 4 Ps. cum. Symb. et prec.* Ad Invitat. et RR. ac in Mis. ad Introit. et Lavabo non dic. „Gloria Patri“ neque Ps. „Judica“ nec Gl. 2 or. Eccl. ttm. (or. *impe-ratae dicuntur*) Prf. † Vesp. de Dom. ut pr. 1. *Ad Compl. preces.*
 31 13 Viol. F. 2. De ea splx. off. ut in Psalt. et pr. 1. ad Laud. et oo. hor. preces 2 or. Eccl. ttum. Prf. † Vesp. de ea. *Ad Vesp. et Comp. prec.*

APRILIS XXX dierum.

Super Altare nihil omnino ponatur, quod ad Missae sacrificium, vel ipsius Altaris ornatum non pertineat.

Tabellae in altari collocantur pro maiori celebrantis commoditate, mediam tantum praescribit rubrica, laterales autem usus et commoditas introduxit. Extra Missam ab Altari tabellae amoveantur. S. R. C. 3130.

1 14 Viol. F. 3. De ea splx. off. ut heri. Vesp. (*Col. A.*) de seq. com. fer.

2 15 A. F. 4. S. Francisci de Paula C. dx. 9 l. et com. fer. Gl. Prf. † ult. Ev. fer. In Vesp. com. fer.

3 16 Viol. F. 5. De ea splx. off. et oo, ut fer, 2 da. Vesp. (*Col. A.*) de seq. com. fer. Hymn. term. *Jesu... Qui natus. De S. Isidoro Ep. CED. h. a. fit. 9 Jun.*

4 17 A. F. 6. Septem Dolorum B. M. V. dxm. off. pr. 9 l. et com. fer. Gl. *Sequentia Cr. Prf. B. Et te in Transfixione* ult. Ev. fer. In Vesp. com. seq. et fer.

5 18 A. Sab. S. Vincentii Ferrerii C. dx, Ll. 1 N. „*Beatus vir.*“ 9 l. et com. fer. Gl. Prf. † ult. Ev. fer. In Vesp. com. Dom. Palmar.

Notae pro Hebdomada Maiori:

1. *Cras et per tot. hebd. maior. atque paschalem usque ad Dom. in Albis inclus. prohibentur Missae votivae vel de Requiem, una solum excepta solemni in sepultura cadaveris, quae tamen etiam in Coena Dni, Parasceve et Sab. S. ac Dom. Paschatis dici nequit.*

2. Ante Miss sol. post Aspers 6 cand. in alt. accensis incip. Bened. Palm. in cantu. celebrans omnia cantat aut legit et *Munda cor* dicit in corn. Eplae manibus semper iunctis etiam ad Donus vobiscum, ad Oremus, ad nom

APRILIS.

Jesu solum caput cruci inclin. Impon. incens. bened „ab Illo benedicaris etc.“ Palmas accipientes flect. utr. gen. oscul. prius ramum. dein manum celebr. Can. Cath. stant. inclin. palm. accip. atque ante Subd. et Diac. Mis.

3. Palmae benedictae tenentur manibus ad Process. et ad cantum Pass. et Evang.

6 19 Viol. Dom. **Palmarum.** 1 cl. De ea sdx. Off. ut in Psalt. et pr. l. ac ut Dom. Pass. In Miss. or. unica Cr. Prf. † ult. Ev. in solemn. *In princip.* in aliis *Cum appropinquasset.* Vesp. de Dom. ad Compl. preces.

7 20 Viol. F. 2. **Fer. 2-da Maioris Hebdom.** De ea ut in Psalt. pr. l. et fer. 2 post Dom. Pass. nttr. Invit. et Hymn. ut in Dom. Ad Laud. et HH. *hodie et per. seq. biduum.* Ant *propr. et preces ferial flexis genibus.* Prima cum 4 ps. et *ita seq. biduo.* Miss. pr. sine Gl., sine Cr. 2 or. Eccl. *Bened.* Dno In fine Orat *super. popul.* et *ita seq. biduo.* Vesp. ut in Psalt. et pr. loco. *Preces feriales flex. gen.* ad Vesp. et Compl. et *ita seq. biduo.*

8 21 Viol. F. 3. **Feria 3-tia Maior. Hebdom.** De ea. In Miss. or. in loco „**Passio**“ eodem ritu ac Dom. *item cras. com.* Vesp. ut in Psalt. et pr. l.

Cras Annivers Praeconisationis Excell. Praesulis nostri Eduardi. Oratio fit. privatim ratione Mai. Hebd.

9 22 Viol. F. 4. **Feria 4-ta Maior. Hebdom.** De ea. Mis. pr. Vesp. ut in Psalt. et pr. loco.

Notae pro Triduo Sacro.

Ante inchoation. Matutini accendtr. 15 candelae cerae flavae (superior alba) in triangulo, quod pontr. a parte Epist. et 6 in Altari Maj., quae dein succesive, ad finem cujuslib. Psal.

A P R I L I S.

ubi de more Gloria Patri ponitr., extinguuntur, incipiendo a parte Evang. et candela inferiori; in altari vero ad ultimas stroph, cantici Benedictus.

1. *Terminatur Offic per or. Respice, quae sumus. qua sine cantu obsoluta, fit fragor.*

2. *Séquenti triduo transeuntes ante Altare Majus genuflect. Cruci exceptis Celebrante, Prae- latis majorib. et canonicis Cathedralib. qui ta- men et ipsi feria VI post detection † genuflect. per Offic. huj. diei.*

3. *Post sacrum solemne Fer. V. usq. ad Mis. Sabb. Sancti non administratur Sanctiss, Sa- crament. nec publice, nec privatim, nisi infir- mis per modum Viatici.*

4. *Missae privatae, Votivae, etiam solemnes pro re gravi, et de Requiem etsi praesente cor- pore (quod in Ecclesiam inferri non potest) prohib. triduo seq.*

5. *Hoc triduo non possunt fieri nec Exse- quiae, nec Sepultura solemnis, sed omnia tum domi, ubi jacet defunctus, tum in coemeter. dictr privatim, submissa voce. Sabbato S. ad vesperam sepelire solemniter jam licet.*

6. *Aqua benedicta removetur a vasis ecclesiae.*

7. *Hodie et biduo seq. sero cantatr Matutinum Tenebrarum cum Laudibus diei sequent sub. ritu duplici, et ad ejus aliarumq. Horar. initium formatr. signum †, dum. dictr. verba 1-ae Antph. vel. Psalmi; nam Deus in adjutorum omtr. aequae ac Gloria Patri in fine Psalmor.*

10 23 F. 5. Viol. et Alb. **COENA DOMINI.** dx. 1 cl. — *Offic. hodiernum et biduo seq. fit sicut nttr. in Brev. et Missali in suis locis.*

a) *Hodie et seq. biduo non legtr Martyrolog.*

b) *In officio hodierno adhibtr color viol.*

A P R I L I S.

c) Horae minor. absolvuntr in Choro *sine cantu*.

d) In Missa, quae est propria, adhibetr *color albus*, sed non dictr. Ps. *Judica*, nec. *Gloria Patri* ad Introitum et ad Ps. *Lavabo*.

e) Cantatur solemniter *Gloria*, sub. quo pulsanatur organum et campanae, quae deinceps. silent usq. ad *Gloria* in Sabb. Sancto.

f) Oratio unica.

g) Credo.

h) Praefatio de Cruce.

i) *Communicantes*. *Hanc. igitur* et *Qui pridie* propria.

j) Osculum pacis non datur.

k) Fit **Communio** Cleri *de praecepto*, et populi *de consilio*. Sacerdotes omnes, alicui ecclesiae adscripti, de manu Celebrantis S. Communion. accipere debent. In civitate episcopali de manu Episcopi.

l) Ultim. Evang. S. Joan. *In principio*, ad quod non signatur altare. sed tabella, vel liber.

m) In Eccl. Cathedralib. **Consecratio SS. Oleorum** *).

n) Consecrantur in omnib, ecclessis *tres Hostiae*, quar. una hodie, altera cras a Celebrte sumitur. tertia vero reservatur pro Sepulchro.

*) Praeceptum renovandi Oleum obligat *sub gravi* Attamen, si novum Oleum haberi non possit, antiquo uti licitum est, si vero hoc non sufficiat, aliud non consecratum, in minori tamen quantitate, quam vetus addere fas est (*Rit. Rom.*) Idque saepius fieri potest, quamvis *paulatim* longe etiam major quantitas addatur, quae ab Episcopo consecrata fuit initio. modo tamen in una quaque mixtione minor sit altera parte, in quam Infunditur (*S. Lig. n. 708*).

A P R I L I S.

Hostiae, pro die crastino reservandae, ponuntur in calice, operto palla. patena desuper inversa et velo albo cum ligamine affixo, et finita Missa, portantur in processione ad aliqu. locum in eccles. decenter ornatum; deinde recitnr. Vesp. in choro *sine cantu.* cum candelis accensis.

o) Finitis Vesp. denundtr. a celebr. *induto alba et stola violac.* omnia altar. (crux et candelabra manent erecta). Ad denudationem altarium recitatur alternatim a Celebrante et Ministris ss. Ant. *Diviserunt sibi.* et Ps. *Deus meus, respice in me.*

p) Post haec ubi consuetudo et jus indulgent. fit **Mandatum**, ad normam in Missali positam. *De S. LEONE I. Pp. CED. h. a. fit 23 Jun.*

11 24 F. 6. Nig. **PARASCEVE**, dx. 1 cl.

a) Horae minor. absolvnt sine cantu et sine lumine.

b) Crux altaris major, tegtr. velo nigro.

c) Ministri ss. utnr in Eccles. Cathedr. planetis plicat., alibi stola ttm. et manip. super albam.

d) Finitis orationib. Celebrans et Ministri deponunt planet et manip. Mox. Celebr. detegit Crucem, cantando ter: *Ecce lignum*, prout in *Missali* nottr., dein in pulvino violac. super taper. deponit et *depositis calceamentis*, ad adorand. procedit., ter genua flectens, anteq. Crucem deosculetur. Post Celebr. qui interim sedet. acceptis calceament. et casula, et legit *Impropria*, adorant Cruc. Ministri ss. et reliqui de clero *bini et bini*, qui etiam possunt, sed non tenent deponere calceamenta. Postmod, accednt ad adorat. Crucis laici. *In hac*

APRILIS.

Crucis adoratione pedes ttm. Crucifixi ob humilitat. deosculantur.

e) Reliquae omnes caeremoniae ad amussim sunt descriptae in Missali; hic solum addere licet sequentia: 1) In processione velum calicis et Celebr. debet esse *album*; 2) Oblata incensntr. more solito; omtr tamen specialis incensatio SSmi praeparati pro Ostensorio; 3) Post Communion. S. Hostia pontur in Ostensorio. quod ita obtegtr. velo albo *ut S. Hostia videri nequeat.*

f) Completis omnib. caeremon. Celebrans deponit casulam et manipulum (Ministri ss. depnt sola manipula), sumit pluviale nigri col. et genuflexus in infimo gradu altaris, dicit Vesperas (in Choro omnes genuflexi alternatim, *sine cantu*, Vesperas absolvunt).

g) Finitis Vesp. instituitur Processio cum Sanctiss. ad Sepulchrum.

h) Deinde omnia altaria prorsus denudantur et deteguntur omnes Cruces.

i) In Sepulchro debent ardere saltem sex cereae candelae, noctu vero saltem una lampas; et continuo peragi adoratio.

12 25 Sab. Viol. et Alb. **SABBATUM SANCTUM.** 1 cl.

a) *Benedictio novi ignis*, qui e silice excipiend. est. et *Incensi* (in pluviali col. viol. *).

b) *Benedictio Cerei Paschalis* peragitur a Diacono, dalmatica albi col. induto **). — **Etiam**

*) Possunt benedici, si talis est consuetudo, ab alio sacerdote Missam non celebraturo, S. R. C. 2684. 8).

**) Diaconus debet esse idem ipse, qui in Missa et Officio inservit S. R. C.—Dalmaticam albam accipit in ingressu Ecclesiae.—In Eccles. minorib. ipse Celebr.

A P R I L I S.

si Cereus jam sit benedictus, cantus *Exsultet* non est omittendus, simul cum caeremoniis eid. cantui junctis. (Cas. Consc. Bertolotti, Capel. Suae Sanctit.—an 1887).

c) *Prophetiae*, etiam in Ecclesiis, ubi Fons baptism. non benedicit, leguntur a Celebrante casula *col. viol.* induto *).

d) *Benedictio Fontis baptismalis* in pluviali *col. viol.* **).

e) Ad omnes supra dictas caeremonias Ministri ss. in Eccles. Cathedr. utuntur planetis plicat; in Ecces. minorib. nec. istis.

f) Sub. fin. Litaniar. accendnt candelae in altari et incipit Missa, ad quam adhibtr. *col. alb.* dictr. Ps. *Judica me, Gloria Patri* (etiam ad *Lavabo*) et *Kyrie*, sine Introitu.—*Gloria in excelsis*, ad quod pulsnt organ et campan.

induit, dalmaticam et benedicit Cereum. Tres candelae in suspide arundinis remanent accensae usq. ad fin. Missae, dein extinguuntur et amovetur omnino Cereus paschalis item ad finem Missae ardet et remanet in suo candelabro usq. ad finem Missae in Ascensione Dni. Toto hoc tempore Cereus accenditur in Missis et Vesperis solemnibus, in omnib. Dominicis ac Festis Domini et Sanctorum.

*) Non licet vi consuetudinis ab eo, qui cantat Prophetias, eas relinquere, ubi vix a celebrante earum lectio absoluta. (*S. R. C. 3104. 8*).

**) Fontis benedictio peragenda est a celebrante. (*S. R. C. 2783*).—In regionib. ubi Cereus paschalis est magnae molis, in benedictione Fontis abhiberi potest alius Cereus minor, dummodo alias fuerit semel benedictus (*S. R. C. 3358*).

Benedictioni Fontis Baptismalis in Sabbato Sancto in Ecclesia vel Oratorio publico, in qua Fons baptismalis non extat, substitui nequit Benedictio Aquae ordinaria (*S. R. C. 3271 1*) sed haec Benedictio ordinarie fieri potest privatim in sacrario (*S. R. C. 3271. 2*).

APRILIS.

atque discoprntur imagin. altarium. — Evang. cantr. absq. lumine. *Oratio unica*.—Non. dictr. *Cr.* nec *Offertor.* neq. *Agnus Dei*; non datr *Pax*.—Prf, et reliq. propr.—Non. dictr. *Communio*, sed loco ejus cantnr *Vesperae*. Ad *Magnific.* fit. *incensatio* more solito. Post orat. quae legtr de Missali ad cornu Epist. canitr *Ite Missa est* cum 2-bus *Alleluja* et sic usq. ab Sabb. iu Alb inclusive.

Vesp extra chorum ut in Breviar. — Completor. ut ibi.—In fine Ant **Regina Goeli.** quae dictr. semper *stando*, usq. ad 1 Vesp. SS. *Trinit. exclus.*

De S. Hermenegildo M. S. Justino M. SS. Tiburtio cum soc. h. a. nil fil.

Ordines Sacri.

Notae: 1. *Hodie et per Octav. Resurrect. usq. ad Vesp. Sabb. in Albis exclusive in Laud. et Vesp. ad Benedicamus Domino addnt.* 2 *Alleluja*.—2) *Post Deus in adjutorum initio omnium HH. dictr. Alleluja et sic usq. ad Septuagesimam.*—3. *Cras et omnib. Dominic. usq. ad Dom. Pentec. inclusive ante Miss. solemn. fit Aspersio aqua benedict. per Ant. Vidi aquam. fitq. Processio cum stationib. ut in Rituali Provinc. nostrae.*

Incipit Tempus Paschale (T. P.).

Nota. *Per totam Octav. seq. Cap. et Hymn. non dantur, nec non prohibntur. Missae votiv. privatae et defunctor, nisi post biduum seq. et quidem pro re gravi, vel praesente corpore.*

APRILIS.

- 13 26 A. Dom. RESURRECTIONIS D. N. J. Chr. dx. 1 cl. cum. oct Gl. Cr. *Sequentia* Prf. *Communicant* et *Hanc igitur* propr. usq. ad Sab. proxim. *inclus.* Ad Aspersionem *Vidi aquam* usq.
ad SS. Trinit. *exclus.* Vesp. et Compl. ut in loco *per tot. oct.*
- 14 27 A. F. 2. *Paschae* dx. 1 cl. *Celebre.* Omn. ut 1ma die et pr. loco et sic. per. oct. Gl. Cr. Vesp. de ead.
Temp. Pasch. quoties extra Miss. administratur S. Eucharistia ad V. Panem de caelo etc. add. Alleluja et loco „Deus qui nobis etc.“. dicitur oratio „Spiritus nobis etc. quod ad Postc, Missae hodiernae ponitur. In administratione tamen Communionis infirmorum servari debet Rituale nulla habita ratione Temp. Paschalis.
- 15 28 A. F. 3. (M. P.) De oct. dx. 1 cl. Gl. Cr. Vesp. de eadem.
- 16 29 A. F. 4. De oct. sdx. ut in fest et pr. 1. 2 or. Eccl. ttm.
In Vesp. com. S. Aniceti Pp. M.
- 17 30 A. F. 5. De oct. sdx. ut in fest. et pr. l. com. (*sine lect.*) S. Pp. M. ttm. Vesp. de oct.
- 18 1 A. F. 6- De oct. sdx. ut in fest. et pr. l. Vesp. in loco.
- 19 2 A. Sabb. De oct. sdx. ut in fest. et pr. l. Vesp. (*ex Psalt. sub. una ant. „Allel.“ in rit. dupl.*) a cap. de Dom. in Albis. Ad V. Benedicamus *neque hodie, nec deinceps add. All. Compl. ut pro Temp. Pasch. not Abhinc. usque ad Ascens. Dni Hymn. eiusd. metri termin. Deo Patri... et Filio, Qui a mortuis except., qui propr. term. habent et ad Prim. dic. V. br. Qui Surrexisti a mortuis.*

APRILIS.

Notae pro Tempore Paschali:

1. *Ad Compl. tot. temp. pasch. Ant. Allel., quod etiam addit. in fine Ant. „Salva nos“ et ad V. custodi. In R. br. vero dupl. All.*

2. *Tot. temp. Pasch. dicunt. 3 Ps. cuiusl. Noct. sub una et quidem prima Ant.*

3. *In festis Sanctorum ad Invit., Ant., Versiculos (except. precib. ad Prim. et Compl. et post V. „Pretiosa“ ad Prim) et ad R, post Ll. additur unum All. ubi non est; ad RR. vero brevia, Horar. et Comp. dicunt. 2 Allel.*

4. *Non ponuntur Suffagia Sanctorum usq. ad Fest. SS. Trinitatis; consueta com. Crucis non omitt. usque ad Ascens.*

5. *In Hymn. „Vexilla regis“ ad tot stroph. „O cruxave“ in choro utrumque flectitur genu.*

6. *In Respons. brevi Complet. et oo. Horar. atque in RR. post. Lectiones in Off. de Temp. (i. e. Dom. et Fer.) loco „Gloria Patri“ repetitur Respons. pariter in Off. et Miss. de Temp. „Gloria Patri“ in fine Ps. „Venite exultemus“, ad Introitum et Labavo. atque in Dom. ad „Asperges“. Omittitur item in temp. (non vero festivis) Ps. „Judica“ ante confessionem Praef. dic. (etiam in festis nisi al. nottr) de Cruce.*

7. *Preces ad Prim. et Compl. resumuntur et dicunt. quando non est. dx. vel infra octav.*

8. *In Miss. ad introit. add. 2 Allel., ad offert. et Communionem unum Allel.*

20 3 A. **Dom. in Albis et 1 post. Pasch.** 1 cl. De ea dx. Off. ut in Psalt. temp. Pasch. et pr. l. Ad Prim 3 Ps. cum Symb. (*sine precibus*) Gl. Cr. Prf. Pasch. *in hoc potiss. Comcantes et Hanc igit commes.* In Vesp. com. seq. (*Ant. OD.*)

APRILIS.

- | | | |
|----|---|---|
| 21 | 4 | A. F. 2. S. Anselmi <i>Ep. CED. dx.</i> Ll. 1 N. „ <i>Sapientiam</i> “. Gl. Cr. Prf. Pasch. In Vesp. com. seq. |
| 22 | 5 | R. F. 3. SS. Soteris et Caii Pp. et Mm. sdx. Ll. 1 N. ex fer. praec. <i>Incip. lib. Act. Aprtr. Ad Laudes. Com. † ad Prim. preces</i> Gl. 2 or. B. „ <i>Concede 3 Eccl.</i> Vesp. de seq. absque ulla com.
<i>Cras. d. Nom. S. J. M. ALEXANDRAE THEODORI.</i> |
| 23 | 6 | R. F. 4. S. Georgii M. P. M. D. L. dx. 1 cl. c. oct. <i>off. inter. Patronos.</i> Ll. 1 N. „ <i>Fratres: Debitores</i> “ cum R. R. temp. pasch. Gl. Cr. Prf. Pasch. Vesp. a cap. de seq. com. praec. |
| 24 | 7 | R. F. 5. S. Adalberti Ep. M. PRP. dx. 1 cl. c. oct. <i>off. inter. Patronos</i> Ll. 1 N. „ <i>A Mileto</i> “ Gl. Cr. Prf. Pasch. In Vesp. com. seq. |
| 25 | 8 | R. F. 6. S. Marci Ev. dx. 2 cl. Gl. Cr. Prf. Ap. Hodie fit processio in paramentis violaceis et dic. Litan. cum. suis prec. et orationibus. Ab omnibus, qui ad hoc. can. obligantur dic. de praecepto Lit. OO. SS cum ps. VV et orbus propr. Hodie abstinentia a carnibus. In Cath. et in Paroch. eccl., ubi possunt, cantantur 2 Missae. Post Tertiam ante Proces de festo, post Nonam, vel in fine processionis Mis. de Rogationibus in col. viol. sine Gl. sine Cr. cum 2 or. <i>Concede, 3 Eccl.</i> In utraque Missa Prf. Pasch. ult. Ev. S. Joannis ut in loco. Ubi unus sacerdos Mis. dic. de Rogationibus in col. viol. cum com. festi. In ecclesiis, in quibus non fit processio, celebranda est Missa de die cum comm. Rogationum. Haec tamen comm. Rog-num facienda est in principali tantum Mis., quae cantatur, aut legitur; aliae Mis. dicuntur sine com. Rogat. (De Herdt III 75). |

APRILIS.

		In. Vesp. com. seq. Hymn. term. <i>Jesu... Qui natus.</i>
26	9	A. Sabb. B. Mariae V. de Bono Consilio dxm. off. proalig. loc. com. 2 oct-rum (<i>S. Georgii et S. Adalberti</i>) Prf. B. „ <i>Et te in Festivitate</i> “. Vesp. de seq. com. praec. S. Fidelis asigmaringa M. (<i>d. a. ex. 24</i>). Dom et 2-rum octav-rum Pro S. Adalh. V. Lux perpetua lucebit.
27	10	A. Dom. 2 post Pasch. S. Sepulchri D. N. J. Chr. dxm. off. inter. <i>PRP.</i> 9l. Dom Mis. pr. com. S. M, Dom. et 2-rum oct. Gl. Cr. Prf. Pasch. ult. Ev. Dom. In Vesp. com. seq., S. M., Dom., 2-rum octv-rum. et S. Vitalis M. <i>Pros. Adalb. V. Lux. perpetua... pro S. Vitali V. Laetitia semp.</i>
28	11	A. F. 2. S. Pauli a Cruce C. dx. 9l. S. Vitalis M. com. 2-rum oct. et S. M. Gl. Cr. Prf. Pasch. Vesp. (<i>col. R.</i>) a cap. de seq. com. praec. et 2-rum oct. <i>Pro S. Adalb. V. Lux. perpetua lucebit etc.</i>
29	12	R. F. 3. S. Petri M. dx. com. 2-rum oct. Gl. Cr. Prf. Pasch. Vesp. a cap. de seq. ut in 1-mis com. praec. et S. Adalb. ex. 2-dis (<i>V. Lux. perpetua...</i>)
30	13	R. F. 4. Octava S. Georgii M. dx. com. oct. S. Adalb. Gl. Cr. Prf. Pasch. Vesp. de seq. com. praec. et S. Adalberti ex 1-mis. (<i>V. Lux perpetua...</i>)

MAJUS XXXI dierum.

Die 20 Decembris 1905 SSmus D. N. Pius Pp. X. ex S. Congr. Concilii consulto decretum edidit *De quotidiana SS. Eucharistiae sumptione*, quo „omnibus Christifidelibus cuiusvis ordinis

MAJUS.

ac condicionis“ summopere commendatur „Communio frequens et quotidiana, utpote a Christo Domino et a Catholica Ecclesia optatissima; ita ut nemo, qui **in Statu gratiae sit et cum recta piaque mente** ad S. Mensam accedat, prohiberi ab ea possit“.

Inibi praeterea sub n. 7 statuitur: „Communio frequens et quotidiana praesertim in religiosis Institutis cuiusvis generis promoveatur... quam maxime quoque promoveatur in clericorum Seminariis, quorum alumni altari inhiant servitio item in aliis christianis omne genus ephebeis.“

Quin imo at laudabilis ac valde Deo acceptus communionis quotidianae usus efficacius in die ubicumque propagetur, atque uberiores fructus edat, Sanctitas Sua nedum die 30 maii 1905 omnibus Christifidelibus, qui devote quandam recitaverint orationem pro pii usus quotidianae communionis propagatione, indulgentias tribuit, verum etiam per decretum *Urbis et Orbis* dici 14 Februarii 1906 a S. Congr. Indulgentiis sacrisque Reliquiis praeposita datum, benigne elargitus est, ut per quotidianam Communionem lucrari possint omnes indulgentias absque onere confessionis hebdomadarum.

Atqui 15 Septembr. 1909 ad proposita dubia circa quotidianam communionem pueris puellisque post susceptam primam Communionem commendandam S. Congr. Conc. dedit rescriptum: „Sacrae Communionis frequentiam commendari etiam pueris, qui ad sacram mensam iuxta normas in catechismo Romano cap. 4, n. 63 semel admissi ab eius frequenti participatione prohiberi non debent, sed. potius eos

MAJUS.

- ad id hortari, reprobata praxi contraria alicubi
vigente." (Acta Pontificia fascic X 1906 a.)
- 1 14 R. F. 5. (M. P.) SS Philippi et Jacobi Ap. dx.
2 cl. Ll. 1 N. ex Dom. 4 p. Pasch. *Incip. ep.*
B. Jacobi com. S. Adalb. Gl. Cr. Prf. Ap.
In Vesp. com. seq. (*Ant. OD*) et oct. S. Adal-
berti et S. Sigismundi M. (*inter Patronos*).
- 2 15 A. F. 6. S. Athanasii Ep. CED dx. 9 l. (*ex 3 bus*
una) et com. S. M. Gl. Cr. Prf. Pasch. Vesp.
(*Col. R.*) de seq. com. praec. (*Ant. OD.*) ttm.
- 3 16 R. Sabb. (M. P.) Inventio S. Crucis dx. 2 cl.
off. pr. 9 l. et com. (*in Laud. et Miss. lect ttm*)
S. Alexandri I Pp. et soc. Mm. Gl. Cr. Prf. †
In Vesp. com. seq. et Dom. *De S. Florianoh.*
a. fit. 3 Julii.
- 4 17 A. Dom. 3 post Pasch. Patrocinii S. Joseph C.
Sponsi B. M. V. dx. 2 cl. *off. pr.* 9 l. et com.
Dom. Gl. Cr. Prf. Pasch. ult. Ev. Dom. In Vesp.
com. seq. et Dom.
- 5 18 A. F. 2. S. Pii V Pp. C. dx. Ll. 1 N. ex Dom.
praec. *Incip. lib. Apocal.* Gl. Prf. Pasch. Vesp.
(*Col. R.*) de seq. com. praec.
Cras d. Nat. S. J. Majestat NICOLAI ALE-
XANDRI.
- 6 19 R. F. 3. S. Joannis ante Portam Latinam dxm.
Ll. 1 N. h. a. de Scr. occ. Gl. Cr. Prf. Ap. In
Vesp. com. seq.
- 7 20 A. F. 4. S. Catharinae Senen. V. (*d. a. ex 30 April.*)
dx. Gl. Prf. Pasch. Vesp. (*col. R.*) de seq. ttm.
- 8 21 R. F. 5. S. Stanislai Ep. M PRP. et Titular.
Eccl. Cathedr. dx. 1 cl. c. oct. Gl. Cr. *Ll. 2*
N ut in Corp. Br. (7 hui.). Prf. Pasch. In Vesp.
com. seq. (*Ant. OD.*)
- 9 22 A. F. 6. S. Gregorii Nazianzeni Ep. CED. dx. com.
oct. Gl. Cr. Pasch. Vesp. de seq. com. praec. (*Ant.*
OD) et oct. ac SS. Gordiani et Epimachi Mm.

MAJUS.

- | | | |
|----|----|--|
| 10 | 23 | A. Sabb. Apparitio S. Michaelis Arch. (<i>d. a. ex 8 huj.</i>)
dxm. <i>off. pr.</i> 9 l. SS. Mm. com. oct. et SS. Mm.
Gl. Cr. Prf. Pasch. In Vesp. com. seq. Dom. et oct. |
| 11 | 24 | A. Dom. 4 post Pasch. S. Monicae Vid. (<i>d. a. ex. 4 huj.</i>) dx. Ll. 1 N. ex Scr. occ. <i>Incip. ep. B. Jacobi.</i> 9 l. et com. Dom. ac oct. Gl. Cr. Prf. Pasch. ult. Ev. Dom. In Vesp. com. seq. Dom. et oct. |
| 12 | 25 | R. F. 2. SS. Nerei, Achillei et Domitillae V. atque Pancratii Mm. sdx. com. oct. 3 or. B. „Concede“. Gl. Cr. Prf. Pasch. Vesp. (<i>Col. A.</i>) de seq. com. praec. et oct. |
| 13 | 26 | A. F. 3. S. Antonini Ep. C. (<i>d. a. ex. 10 hui.</i>) dx. com. oct. Gl. Cr. Prf. Pasch. In Vesp. com. seq. oct. et s. Bonifacii M.
<i>Cras. d. ann. Coronationis S. J. Majest. NICOLAI ALEXANDRI.</i> |
| 14 | 27 | R. F. 4. SS. Cleti et Marcellini Pp. Mm. (<i>d. a. ex 26 April.</i>) sdx. 9 l. S. M. com. oct. et S. M. Gl. Cr. Prf. Pasch. Vesp. de seq. ex 1-mis com. praec. ttm. |
| 15 | 28 | R. F. 5. Octava S. Stanislai Ep. M. PRP. dx. <i>Ll. 1 N. de Scr. occ. 2-di et 3-ii pr. ex oct. inter. PP.</i> Gl. Cr. Prf. Pasch. Vesp. a cap. de seq. com. praec. |
| 16 | 29 | R. F. 6. S. Joannis Nepomuceni M. dx. <i>off. pro aliqu. loc. 1-mo loco.</i> Gl. Prf. Pasch. Vesp. (<i>Col. A.</i>) a cap. de seq. com praec. |
| 17 | 30 | A. Sabb. S. Paschalis Baylon C. dx. Gl. Prf. Pasch. Vesp. de seq. (<i>Col. R.</i>) com. Dom. ttm. <i>De S. Venantio M. h. a. nil fit.</i> |
| 18 | 31 | R. Dom. 5 post. Pasch. S. Eriici R. M. PRP. dx. 1 cl. <i>off. pr. inter. PP.</i> Ll. 1 N. „Fratres Debitores“ cum RR. Pasch. 9 l. et com. Dom. Gl. Cr. Prf. Pasch. ult. Ev. Dom. <i>Annunt. populo fer. II, III, IV dies Rogat. cum processionibus</i> |

MAJUS.

et fer. V festivitas Ascens Dni. In Vesp. com. seq. et Dom. ttm.

Notae pro feriis Rogationum.

1. Sequenti Triduo fiunt Processiones cum Litaniis (in param. viol.), ad quas una cum precibus et orat di-cendas tenentur omnes in sacris Ordinibus constituti. Qui processioni non intersunt, dicant Litanias, Prec, et Orat. privatim, quae anticipari non possunt.

2. In Cath. et ubi possunt in Eccl paroch. hoc triduo 2 cantr. Missae: post 3-iam vel ante Process. de fest. sine com. fer. post. 9 nam vel in fine proces de Rog.

3. In Miss. Rogat. „Exaudivit in col. viol. sine Gl. et absque Cr. 2 or. *Concede* 3 Eccl. In utraque Prf. Pasch. et ult Ev. S. Joannis.

4. Ubi unus est sacerd et perag. processio dic. Mis. de Rog. in col. viol. sine Gl. sine Cr. 2 or. fest. 3 B *Concede* Prf. Pasch. in fine Benedic. Dno. Ult. Ev. S. Joann.

5. *Toto triduo abstinentia a carnibus.*

Jun.

19 1 A. F. 2. *Rogation* S. Petri Coelestini Pp. C. dx. Ll. 1 N. ex. Dom. praec. *Incip. ep. Ib. Petri* 9 l. et com. fer. et S. Pudencianae V. Gl. Prf. Pasch. In Vesp. com seq.

20 2 A. F. 3. *Rogation. (de qua nihil in off.)* S. Bernardini Senenens. C. sdx. *ad Laud. com. † Ad Prim. preces.* Gl. 2 or. de Rogation. (*de Dom. „Deus a quo“ cum. ant. ad Laud pr. V. in resurrectione*) 3 or. B. „*Concede*“ Prf. Pasch. Vesp. de seq. com. praec.

21 3 A. F. 4. *Rogation (de qua nil in off)* et Vigil. sine ieiun. S. Joannis Baptistae de la Salle C. (*d. a. ex. 15 hui.*) dx. 9 l. et com. Vigil. In Mis. com. Vigil et Rogation. Gl. Prf. Pasch. ult. Ev. Vigil. *In Cath. 3 Missae.* Vesp. de

MAJUS.

- seq. ttm. Hymn. term. *Jesu... Qui victor* et.
Ad. Prim. V. propr. usque ad Pentec exclu-
sive.
- 22 4 A. F. 5. **Ascensio Dni N. J. Christi**. dx. 1 cl. c.
oct. *Celebre*. Gl. Cr. Prf. et Communic pr. *per.*
tot. oct. usq. ad. fer 5 inclus. etiam in Miss. pr.
Prf. habentibus. Post Evang. in Miss. solemn.
extinguitur Cereus Pasch. et post Missam amo-
vetur. In Vesp. com. seq. Hymn. term. *Jesu...*
Qui natus.
- 23 5 R. F. 6. B. **Andreae Bobolae M. PRP.** dx. Ll. 1
N. ex. Scr. occ. *Incip. 2 ep. b. Petri 2-di N. pr.*
3-tii de Comni „Iste locus“. Gl. com. oct. Cr.
Prf. et Comncant. Ascens. Vesp. de seq. com.
praec. et oct.
Hodie incipiendum est Novendiale off. de
Spiritu S. iuxta decretum SS-mi Pp. Leonis
XIII 1897 a. et ordinem ab Illustrissimo et
Excellentissimo Nostro Pontifice in Directorio
pro an 1905 praescriptum.
- 24 6 A. Sabb. B. **Mariae V. titulo Auxilium Christia-**
norum dxm. *off. pro aliq. loc.* com. oct. Gl.
Cr. Prf. B. *„Et te in festivitate. Comcant de*
Ascens. In Vesp. com. seq. Dom. (Ant. *„Cum-*
venerit V. „Dominus in caelo“), oct. et S. Ur-
bani II Pp. M.
Cras d. Nat. S. J. Majest. ALEXANDRAE
THEODORI.
- 25 7 A. Dom. infr. oct. Ascens. ac 6 post Pasch. S.
Gregorii VII Pp. C. dx. Ll. 1 N. *Incip. ep. I*
b. Joannis. 9l. et com. Dom., et oct. ac. S.
Pp. M. *in Laud. et Miss.* Gl. Cr. Prf. et Com-
cant. de Ascens. ult. Ev. Dom. Vesp. a cap.
de seq. com. praec., et Dom., ac oct. et S.
Eleutherii Pp. M.
- 26 8 A. F. 2. S. **Philippi Nerii C.** dx. 9l. S. Pp. M.

MAJUS.

- com. oct. et S. Pp. M. Gl. Cr. Prf. et Comcant.
de Ascens. Vesp. a cap. de seq. (*Ant. OD*)
com. praec., oct. et S. Joannis I Pp. M.
- 27 9 A. F. 3. S. Bedae Venerabilis CED. dx. Ll. 1 N.
„*Sapientiam*“ 9 l. S. Pp. M. com. oct. et S. Pp.
M. Gl. Cr. Prf. et comcant. Ascens. Vesp. a
cap. de seq. *m. t. v.* com praec. (*Ant. OD*)
et oct.
- 28 10 A. F. 4 S. Augustini Cantuar. Ep. C. dx. Ll. 1
N. „*Incip. II ep. b. Joannis.*“ com. oct. Gl.
Cr. Prf. et Comcant Ascens. Vesp. de seq.
ut in 1-mis com. praec. et S. Ubaldi Ep. c.
(*d. a. ex. 16 huj.*)
- 29 11 A. F. 5. Octava Ascens. Domini dx. off ut. in
fest. et pr. l. 9 l. (*ex. 3-bus una*) et com. S.
Ep. C. Mis. defesto. In Vesp. com. seq. et S.
Felicis I Pp. M.
- 30 12 A. F. 6. S. Mariae Magdalenae de Pazzis V. (*d.
a. ex. 29 huj.*) sdx. Ll. 1 N. *Incip. III ep. B.
Joannis.* 9 l. S. Pp. M. com. fer. (*ut in Dom.
praec.*) et S. Pp. M. Gl. Cr. Prf. de Ascens.
(*Comncat-Commun.*) Vesp. (*Col. A.*) de seq.
(*ex. Dom. praec.*) com S. Angelae Mericiae V.
(*h. a. simplif.*), S. Mariae Magd. de Pazzis,
ant „*Simile est. regn. cael*“ V „*Diffusa...*“ et
S. Petronillae V. (*Ant. „Manum suam“ ex 2-is
Vesp. non Virg. et V „Adiuuabit eam...” ex
Tertia (non dicuntur com. † et preces.)*)
- 31 13 Viol. et R. Sabb. *Vigilia Pentec. cum ieiunio stric-
to in lact.* De ea sdx. off. ex Dom praec. et
pr. l. com. (*sine lect.*) S. Angelae V. et s. Pe-
tronillae V. (*ex 1-mis Vesp. ant. V.*) in Laud.
ttm. com. † et preces omitt. In Mis. Col. R. or.
unica (*nec imperatae sumuntur*) Gl. (*sine Cr.*)
Prf., Comcant et „*Hanc igitur*“ pr. per. tot. oct.
Ad prophet et bened. fontis col. Viol. In Mis.

MAJUS.

priv. dic. Introit. „Cum sanctific“, in solemni (post bened. font.) non dic. Ad „Gloria“ in Mis. solemni puls. camp. et org. Vesp. (Col. R.) de seq. ttm.

Notae ad fest. Pentec. eiusdemque octavam:

1. Hodie et per tot. seq. oct. prohibentur Missae votivae (*hodie et seq. Triduo etiam pro re gravi vel publica Ecclesiae causa*) et de Requiem praeter unam exsequialem praesente corp., quae seq. biduo etiam prohibetur.

2. Hymn. ad Complet. et Horas terminantur clausula pr. usque ad Nonam Sabb. et ad Prim. dic. V. „Qui sedes...“

3. In Hymno „Veni Creator“ tam ad Vesp. quam ad Tertiam ad integram 1-mam Stropham in choro genu flectir.

4. Ante crastinam Missam parochialem, ubi fons est baptism. fit per celebrantem aspersio cum aqua in eodem fonte hodie benedicta, ac inde ante Oleor. infusionem suscepta sub Ant. „Vidi aquam.“

Ordines Sacri.

JUNIUS XXX dierum.

Quo perennis extet memoria illius amplissimi Religionis actus, quo f. r. Leo XIII, anno 1899. sub die 25 Maii, augustissimo Cordi Jesu totius humani generis communitatem devovere decrevit, et salutare, qui ex illo fructus emanarunt iugiter perseverent, preces sunt delatae SSmo Dno Nro Pio Papae X, ut apertis quoque Indulgentiarum thesauris, die festo eiusdem SS. Cordis illum consecrationis

JUNIUS.

actum quotannis esse recolendum edicere dignaretur.

Has porro preces Eadem Sanctitas Sua peramanter excipiens, et, summopere exoptans, ut in Christi fidelibus, erga sacratissimum Cor Jesu iam excitata pietas magis alatur, et cuncti per hunc consecrationis actum eidem suavissimo Cordi seipsos ferventius coniungere satagant, mandavit, ut singulis annis, memorato die festo, in omnibus parochialibus templis, necnon illis in quibus idem festum agitur, coram SS-mo Sacramento publicae adorationi exposito, formula consecrationis ab eodem Pontifice Leone XIII proposita recitetur, ad quam Litaniae in honorem SS-mi Cordis erunt adiiciendae.

Sanctissimus vero, universis Christifidelibus, huic piae caeremoniae, corde contrito ac devote adstantibus, et ad mentem suam orantibus, Indulgentiam septem annorum totidemque quadragenarum benign concessit; his autem, qui Sacramentali Confessione expiati, etiam ad S. Synaxim accesserint, plenariam Indulgentiam clementer est elargitus; quas Indulgentias animabus igne Purgatorio detentis fore applicabiles declaravit.

Praesenti in perpetuum valituro. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, e Secretaria S. Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae, die 22 Augusti 1906.

1 14 R. Dom. **Pentecostes** dx. 1 cl. c. oct. *Celebre.*
Ad Prim. v. *Qui sedes.* Ad Tertiam loco hymni „Nunc Sancte“ *dic hymn* „Veni Creator“ per tot oct. Gl. Sequentia. Cr. Prf. comcant. „Hanc igitur“ per tot. oct. pr. *Annuntr po-*

JUNIUS.

- pulo *Quat. Temp. fer. IV, VI et sabb. seq. Vesp. in loco. De SS. Marcellino et Soc. h. a. nilfit.*
- 2 15 R. F. 2. De oct. dx. 1 cl. *Celebre oo. ut heri Vesp in loco.*
- 3 16 R. F. 3. (M. P.) De oct. dx. 1 cl. oo. ut heri In Vesp. com. S. Francisci Caracc. C. dx. (h. a. *simplific.*)
- 4 17 R. F. 4. *Quat. Temp.* De oct. sdx. ut in fest. et pr. l. com. (*sine lect.*) S. C. ttm. In Vesp. com. S. Bonifacii Ep. M. (h. a. *simplificati*) et S. C.
- 5 18 R. F. 5. De oct. sdx. ut in fest. et pr. l. com. (*sine lect*) S. Ep. M. In Vesp. com. S. Norberti Ep. C. (h. a. *simplificati*) et S. Ep. M.
- 6 19 R. F. 6. *Quat. Temp.* De oct. sdx. ut in fest. et pr. l. com. (*sine lect.*) S. Ep. C. ttm. In Vesp. com. S. Ep. C.
